


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

XV
ARGOL

1. 6. 475

1 M. 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ANDREAE ARGOLI

D. MARCI

SERENISSIMO ANNVENTE SENATV EQVITIS,

In Patauino Lyceo Mathematicas ſcientias profitentis,

DE DIEBVS CRITICIS ET ÆGRORVM DECVBITV LIBRI DVO.

Ab Auctore denuo recogniti, ac altera parte auctiores, pœneq; noui.





PATAVII, M DC LII.

Apud Paulum Frambottum Bibliopol.

Superiorum permiſſu.

1/6/475

470

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

1. 6. 475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CHRISTINAE AVGVSTÆ, SVECORVM, GOTHORVM, VANDALORVM, &c. REGINÆ POTENTISSÆ.



CVm naturâ humanis mentibus insitum sit, esse vim diuinam atque sempiternam, qua omnia viuant, moueantur, & conseruentur: in ipsius diuinæ mentis notitia comparanda fuit olim à plurimis sine ullo fructu omne studium vitæ consumptum: atque à principio ea mortales inuasit opinio, ut Soli, Lunæ, & Sideribus, nempe quibus

)(2 neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

neque pulchrius quicquam, neque ſalutarius excogitare poterant, diuinitatem tribuerent. E cęlo deinde delapſi in terrenas ſordes, in impuras voluptates, in monſtra inquirere, & perueſtigare cœperunt: atque tandem impuriſsima religione conſtituta finem ulterius progrediendi ſibi ſtatuendum eſſe decreuerunt; quaſi iam id, quod ardentiſsimè cupierant, feliciſsimè conſequuti eſſent. Itaque Deo vero neglecto tanta vexati ſunt dementia, ut etiam flagitiis, & horrificis monſtris, ac quadrupedum, & ſerpentium ſimulacris immolarent, furiaſque, ac feritatis ſempiternæ truculentiam honoribus diuinitatis afficerent. Haud abſimile de Aſtrologiæ ſtudio pro-

ferendum

ferendum mihi videtur? Omnes enim cupiditate illius tenentur; nec quicquam pulchrius, aut admirabilius esse contendunt: paucissimi verò isti rationi sunt addicti, qua eam exercere conuenit. Cum enim Astronomia sit operis Dei Optimi Maximi, Cæli, Planetarum, & fixarum Stellarum motuum cognitio; & Astrologia influxuum, & effectuum in Astris solida indagatio; ignari omnino motuum & influentiarum palam condunt hominibus prognostica prospera & aduersa in vita, honoribus, diuitiis, & reliquis: casu quidem, & nulla ratione habita, hæc omnia ab Astris demanasse contingentia, nec necessaria, nec euentura,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tura, nisi Summo Opifice Deo annuente; plurimaque præterea immutationem susceptura ex vi humani intellectus Astris omnibus superioris; cumque scientiam hanc vix à limine salutarint, auri cupidine, aut alio stimulo accensi eam nobilissimam inquinant; quæ licet contingens, & verè dependens (vt dixi) verissima tamen est; præcipuè eius partes, quæ circa Nauticam, Agricolationem, & artem Medicam obseruantur. Qua de re cum alio in loco fusius pertractarim; exactam nunc de Diebus Criticis rationem Medicis apprimè necessariam tradidi, Tibique Reginæ Sapientissimæ quicquid sit operis videndum, atque expendendum

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

dum constitui: ut meam erga Te obseruantiam testimonio (si fieri potest) perpetuo declarem. Nec sanè vllus mihi occurrebat commodiùs, in cuius conspectum veniret liber. Quid enim Tibi ad summam Sapientiam deesse possit, nemo facilè dixerit. Tibi quidem, cui summum ingenium summis scientijs excultum: quæ longo rerum, & imperij usu prudentiam insignem es assequuta. Quare omni virtutum genere præcellis, quibus tui Regni salus, & salutaris moderatio continetur. Quanta sollicitudine priuatis, & publicis negotijs prospicias: quanto studio pacem tuearis & otium: quantamque operam in eo ponas tuo exemplo, ut

omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

omnes & humanitatem Tuam diligant, & ſeueritatem vereantur! Verùm hîc de Tuis laudibus plura dicere fortaſſe temerarium multis videbitur: cùm eæ ſint omnibus notę, & geſtis clariſsimis in dies illuſtrẽtur. Tuam ſolummodo Miaeſtatem oro, & obſecro, ut hoſce meos conatus boni conſulat, ſtudiumq; in Te meũ ſingulari clementia ſua complectatur. Vale ſæculi decus. Patauii XII. Septemb. cIↃ IↃCLII.

S. M. R.

Deditiſsimus

ANDREAS ARGOLVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

AD DISSERTATIONEM

De Diebus Criticis, & Ægrorum Decubitu.

ISAGOGE.



DVo Morborum genera cum in *Oreste*, quod etiam à Stobæo relatum est, mortalitatis aduersa percurreret affatim præposuisse visus est Euripides;

νόσοι δὲ, asserens, θνητῶν, αἱ μὲν εἰσ' αὐθαίρετοι,
αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν.

Ægritudinum, videlicet, partem ex viuendi inordinata intemperie nobis illabi, partem alteram sine culpæ noxa corporibus è Deorum arbitrio irrogari: quoties enim praua victus ratione, aut incommodo laborum ordine fatiscimus, nostra quoniam voluntate corruimus, αὐθαίρετοι morbi sunt; cum ij, qui vel epidemia, vel subita syderatione, alioue inopinato valetudinis casu impetunt, & afflatu quodam Deorum, hoc est syderum, inoriri videntur; ἐκ τῶν θεῶν nobis παρεῖναι dicantur. Certè Philosophiæ per velamenta fabularum gnara Vetustas cum morbos significaret, qui syderum nobis impluuio deriuantur, eos Dijs tantùm, vt protulit Euripides, demandauit. Sic ingeniorum ille vertex Homerus in Agamemnonis exercitu cum epidemiam ob læsum Apollinem describeret, impetita sagittis Græci Imperatoris castra hoc modo cecinit:

—— μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε:
δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο;
οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπώχετο, καὶ κύνας ἀργούς.
—— *post hæc fera spicula torsit:*
Fit motus: longè sonat vnà argenteus arcus;
Quo primùm mulique cadunt, acresque molossi.

Reddidit verò Tragi-Comicus noster in Fideli Illo suo Pastore:

—— *Ond'ella* (Diana) *prese*
L'arco possente, e saettò nel seno
De la misera Arcadia non veduti
Strali, & inuitabili di morte.

Quamuis Hic epidemiam ex nimia humiditate obortam, Lunæ enim planetæ humido accenset spicula; Homerus ex siccitate in castris Agamemnonis natam intelligat: ibi enim Eustathius Apollinem, Solis calorem interpretatur noxium; qua propter mulos, canesque interijsse dicat antè animalia cætera, vt potè, qui siccitate, & caliditate maximè polleant; quod ad Hesiodi Dies egregiè examinant Interpretes. Exhausta enim tellure, aut repleta, siccitate nimia, siue humiditate caliditatis participe, fiunt morbi: ex quo fabulati Pandoram sunt aperto Deorum vasculo morbos hominibus reperisse, cum Pandoræ vasculum terræ

omnes & humanitatem Tuam diligant, & ſeueritatem vereantur! Verùm hîc de Tuis laudibus plura dicere fortaſſe temerarium multis videbitur: cùm eæ ſint omnibus notę, & geſtis clariſsimis in dies illuſtrẽtur. Tuam ſolummodo Miaeſtatem oro, & obſecro, ut hoſce meos conatus boni conſulat, ſtudiumq; in Te meũ ſingulari clementia ſua complectatur. Vale ſæculi decus. Patauii XII. Septemb. cIↄ Iↄ CLII.

S. M. R.

Deditiſsimus

ANDREAS ARGOLVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

AD DISSERTATIONEM

De Diebus Criticis, & Ægrorum Decubitu.

ISAGOGE.



DVo Morborum genera cum in *Oreste*, quod etiam à Stobæo relatum est, mortalitatis aduersa percurreret affatim præposuisse visus est Euripides;

νόσοι δὲ, asserens, θνητῶν, αἱ μὲν εἰσ' αὐθαίρετοι,
αἱ δ' ἐκ θεῶν παρεῖσιν.

Ægritudinum, videlicet, partem ex viuendi inordinata intemperie nobis illabi, partem alteram sine culpæ noxa corporibus è Deorum arbitrio irrogari: quoties enim praua victus ratione, aut incommodo laborum ordine fatiscimus, nostra quoniam voluntate corruimus, αὐθαίρετοι morbi sunt; cum ij, qui vel epidemia, vel subita syderatione, alioue inopinato valetudinis casu impetunt, & afflatu quodam Deorum, hoc est syderum, inoriri videntur; ἐκ τῶν θεῶν nobis παρεῖναι dicantur. Certè Philosophiæ per velamenta fabularum gnara Vetustas cum morbos significaret, qui syderum nobis impluuio deriuantur, eos Dijs tantùm, vt protulit Euripides, demandauit. Sic ingeniorum ille vertex Homerus in Agamemnonis exercitu cum epidemiam ob læsum Apollinem describeret, impetita sagittis Græci Imperatoris castra hoc modo cecinit:

—— μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε·
δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο·
οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.
—— *post hæc fera spicula torsit:*
Fit motus: longè sonat vnà argenteus arcus;
Quo primùm mulique cadunt, acresque molossi.

Reddidit verò Tragi-Comicus noster in Fideli Illo suo Pastore:

—— *Ond'ella* (Diana) *prese*
L'arco possente, e saettò nel seno
De la misera Arcadia non veduti
Strali, & inuitabili di morte.

Quamuis Hic epidemiam ex nimia humiditate obortam, Lunæ enim planetæ humido accenset spicula; Homerus ex siccitate in castris Agamemnonis natam intelligat: ibi enim Eustathius Apollinem, Solis calorem interpretatur noxium; quà propter mulos, canesque interijsse dicat antè animalia cætera, vt potè, qui siccitate, & caliditate maximè polleant; quod ad Hesiodi Dies egregiè examinant Interpretes. Exhausta enim tellure, aut repleta, siccitate nimia, siue humiditate caliditatis participe, fiunt morbi: ex quo fabulati Pandoram sunt aperto Deorum vasculo morbos hominibus reperisse, cum Pandorę vasculum terrę

gremium ſit, ac Pandora terra, ex Græca ſermocinatione; quòd omnia ex ſuo ſinu dona nobis obfundat, vt in Auibus Ariſtophanis placet Interpreti: hinc apud Poetas immiſiſſe Dianam quoque ſuem Aetolis legimus, quòd ſcilicet putrida humiditate aer quandoque in morboſas qualitates corrumpitur, ſtragemque inſtar apri humeſcentis naturæ feræ committit: eadem enim Diana ac Luna, aeris videlicet temperatrix, & arbitra; quamobrem Libitinam eandem cum Diana faciunt Latinorum quidam; & Græci non minùs Dianæ funerum, & mortis præmia dari ſolita retulere; unde Iphigeniæ fabula Deæ votæ ad placandam aeris diritatem demanauit: docetque in Equitibus idem Ariſtophanis Scholiaſtes, Callimachum Polimarchum Dianæ boues vouiſſe, quòd in Marathonijs agris magna hoſtium vis ſtrage eſſet peſſundata, totidemque, quoniam multa erant funera, Deæ Capras, febriculoſa videlicet animalia, ob bouum penuriam immolaſſe; unde & ἀγρότερα, ac ſi *triſtis*. & *moroſa* dixeris appellatur à Comico hæc Dea, & à Virgilio *ſæua*, *dira* à Statio nuncupatur. hinc tela illi ad ſauciandum, Solique adſcripſere ex mithologorum placitis; vnde & *ſpicula ſolis*, & *lucida tela diei* radios Solis appellauit in Carminibus de Philoſophia Lucretius, & per *Dyctinnę iaculos* ſolitos olim iurare veteres teſtis eſt Iuuenalis in Satyris. Mithologiæ verò, quarum olim cortice philoſophiæ nucleum includebant antiqui, & Silenum Naturæ, putamine veluti ruſtico, abſcondebant; Lunæ in aerem poteſtates ferè omnes indicant. Leonem Nemæum è Lunæ globo cecidiſſe in Hippolyto Seneca, ad Aratæa Carmina Grecus interpres Theon, Plutarchuſque retulere, eumque propè Argum loca depopulatum: cum Leonem nihil, niſi frigiditatem nimiam è Luna procedentem velint eſſe apud Heſiodum Proclus, Tzetza, & Moſcopulus; qui ideò primus labor creditur Herculis, quòd in ortu Solis, qui Hercules eſt, frigus maximè ex matutino rigore augeatur. hanc verò Feram in vulnis contrà Herculem ideò aluiſſe Iuno fingitur; quia Iuno aer eſt, in quo frigus alitur. Iuno enim Aer; vt Græco placet Interpreti, Iuppiter Æther habetur: cui quoniam aer contiguus eſt, & ſubeſt, hinc maritus aeri æther, & frater dicitur; quod de Ioue cum Iunone philoſophicè eſt traditum. Hercules, vt diximus, Sol eſt; quaſi τοῦ ἀέρος κλέος, ſit nempè Sol aëris ornamentum: Tot labores edidiſſe Herculem finxere, vt in natura Solis effectus diſcriberent poetæ olim, non, vt nunc inſcij, ſed philoſophiæ maximè gnari. Aprum quippè Erimanthæum pruinam eſſe doctis placet, cuius gelicidium exuperante frigore flores deuaſtet; unde & Erimanthæo loco fiat nomen, nempè floribus vacuo; qui aper non minùs ab Hercule, hoc eſt à Sole, ſuperatur: ſic Antæus non niſi nubes eſt, quæ obuiam Soli tendit ex ethymologia, & quàm Sol veluti amplexu radiorum à terra ſuſpenſam, cuius eſt filia, interimit; teſte Io. Diacono Græco Heſiodi ſcholiaſte. Hydram etiam exhalationem aquoſarum paludum Solis repreſſam iaculis, mox veluti vaporum capitibus repullulantem, tandem nimio ardore extinctam credidere. Ex quibus ſatis patet, Veterum Deos, ſydera eſſe, atque ex ijs immitti morbos, cladeſque; quæ omnia ad naturalem poſtea Philoſophiam aptant Mithologi. Apollinem Medicum conſtituere, vt à Sole purgationem fieri humorum noteſceret, ex quo Hercules, qui eſt Sol, ἀλεξίκακος, nempè malorum depulſor dicatur à

Co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Comico: Dianam ægritudinum præsidem; vt à Luna morbos proficisci, aerisque intemperies, quod Theon ad Aratum satis probat, faterentur. Ea Dianæ nomine Cydippi morbos, Niobes filijs vnà cum irato fratre lethum immittit. huic, vt dixi, sagittas, huic arcum accensere; vt radiorum spiculis vulnera ægritudinum, & νοσήματα denotarent. Dicta quidem Hecate est, & Infernalis habita, & γοργόνειος, teste Clemente Alexandrino, quòd diram quandoque in humanis, vt prætulimus, & monstruosam, exitialemque se gerat: cum enim humores sui modio luminis dispenset, qui elementari constitutione, structuraque, hominum corpus moderantur; ipsius phasi, specieque implentur, aut deteruntur in homine vires; vnde & mammosam Dianam Veteres coluere, quasi Lunam indicarent naturæ humanæ nutriculam, altricemque. Argutè hinc sanè, ac philosophicè ad Opera, & Dies Hesiodi Ioannes Protospatharius, qui vbi telam constituendam à fæminis Luna duodecimum sui luminis diem auspicante, & ad stamen operandum, Poeta præcipit; interpretatur ibi Naturam intelligendam pro fæmina, quæ ad Lunæ lychnum nostra corpora subtexat, non sine Homerica imitatione, qui Naturam figurauit mulierem, telam staminibus purpureis texentem; nostra tamquam corpora natura rubro sanguine discriminet; sicut pro ossibus ibi concharum putamina indúcuntur. de qua re in Antro Nympharum Ithacensium ab Homero descripto satis luculenter Porphyrius; qui ex obliuionis antro à doctissimo *Luca Holstenio* nuper extractus luce, & plausu hominum fruitur. Ob quam Lunæ naturam humidum ex Endymione Fluuios, Nymphasque quam plurimas ipsam genuisse Apollonij Rhodij, Alexandrini Vatis testatur Interpres; vt fluxus designaretur humiditatis Lunaris; cum nec minùs dormitor Endymion somni ex humido prouenientis qualitatem indicet; Luna enim humida; vnde & pincerna segetum, fluuiorum fons, nubium nutrix, roris mater, alijsq; ad hunc sensum vocabulis à naturalibus exornatur: Ex ea itaque, prout occursaculis Planetarum impetitur bonis, dirisue; morbi, alterationesque nascuntur; versatili enim sphæra sui luminis lychnum humanæ vitæ temperat, ac in morbis, veluti gnomon sistitur, aut vorsoria ad qualitatum ægritudinis indicinam, ità vt ipsa, tamquam Pharo prospecta, quò nauiculam prouidentiæ admoueat, Medicus habeat, & Caphareum erroris deuitet. In hac enim naui fluctuantis inter ægritudines corporis, stellas clauum regere, ac gubernatrici præesse assistentia Abrahamus Auenelre non humilis apud Rabbinos fidei auctor affirmauit. Quo pacto enim latentis morbi tenebras absque stellarum faculis, ac præsertim Lunæ lustrabit Asclepiadum centuria iuxta illud in Ocypo Luciani?

εἰ γὰρ κάθοιμοι τυχον, ἴσως ἰάσομαι
τὸ δῦσν' ἄλγος.

Quòd si cognouero, fortè adferam remedium
Tam tristi in morbo.

Et quidem iure; non enim nisi cognito morbo, vt in limine Aphorismorum admonet Hippocrates, potest de sanitate disquiri. hinc enim *fallax iudicium*, quæ nebula non nisi syderum fulgore tollitur: vnde Prometheum medicinæ gnarum Æschylus, & eius Scholiastes fecere; vt è lumine syderum, & cœlestium mo-

tuum causis scientiam illam medicinæ Prometheus Astrologus suscepisse nosceretur. Quæ scientia ea est, quam Criticam nunc medici, nempè iudicialem vocant; quia videlicet morborum causæ, fines, incrementa per apparent as κρισέων, hoc est iudiciorum, medicis innotescunt. ex Luna enim aer conuertitur, ex quo corpora alterantur; sicut Antyllus apud Stobæum refert medicinæ non sordidus Auctor; aer enim nisi calore Solis temperetur, frigiditate Lunæ fit obnoxius, ex quo Vespertinum tempus idem Antyllus ægris haud conducere prædicat, quòd discessu Solis turbidus, conturbatusque euadat aer, fiatque eò peior, quòd Lunæ sine Solis moderatione relinquitur: quamobrem nocere nobis crepuscula par est. inde etiam pacatam Lunam, atque amicabilem cum Poetæ discriberent, & præcipuè in Hippolyto Gallionis filius Seneca, eam ob Endymionis amorem fratri, nempè Soli commendasse currus sui habenas tradidere; mitescente tamquam, ac lasciuiente sub fraternæ lucis imperio planeta incongruo, & veluti in curriculo sui luminis debacchante; humiditas quippè à Sole corrigitur, quæ apud Lunam noxia est; quod ostenderunt Aegyptij, vti auctor est Herodotus in Euterpe, sues humida satis animalia, vt probant ad Hesiodum interpretes, Lunæ humidissimo Planetæ mactando: à quo non absimile illud etiam Virgilianum est, cùm Poeta Aeneam Iunoni maximæ, aeri nempè humido, suem cum catulis sacrificare facit in Octauo sui maximi Operis. Per Crises itaque siue prospera morborum, siue infausta prodigia; prout visitationibus, vt Firmici verbis vtar, prosperis, siue contrarijs aliorum syderum configuratur, Luna excitat; asserente Galeno maximè libro tertio de Aegrorum Decubitu, *Verissimum esse, quod ab Aegyptijs Astronomis habuerat; non modò ægrotis Lunam, verùm quoque sanis dies quales futuri sunt posse predicere*. Dicta est verò interim ipsa κρίσις à iudicio; placetque eiusdem Galeni opinio, qui hanc significationem à foro ad medicos deductam arbitratur, cui adstipulatur & Diocles; Galenus sanè Comm. 3. in Progn. ἡ γάρ, inquit, κατὰ τὰ νοσήματα κρίσις ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μεντενήκται. *Nomen*, scilicet, *Crisis à iudicialis vsus origine deducit*. Ad quæ placita accedit quoque Isidorus lib. 4. *Criticos*, dicens, *dies Medici vocant, quibus, vt credo, ex iudicio infirmitatis nomen impositum est, quòd quasi iudicent hominem, & sententia sua, aut puniant, aut liaerent*. Vnde & idem Pergamenus auctor, quasi actionem, & rationem forensem dicat, λόγον ipsam Crisim vocat. Aphoris. lib. 1. cap. itidem 1. Actio siquidem inter morbum reum, actorem medicum, Criseos iudicem Naturam, Crisimque ipsam sententiam, fit, vndè & κρίνεσθαι non alia significatione ab eodem vsurpatur, quàm prò λύεσθαι; quod *solui* est, ac causali ordine *definiri*, quodque verbum sæpissimè ab Hippocrate vsurpatum vertit Latini nominis auctor nobilis Celsus *solui* itidem, ac *finiri*. Sed vt variæ sunt τῶν κρισέων differentiæ, sic & dierum Criticorum aliqui κατ' ἐξοχὴν κρίσιμοι, ἢ κριτικοὶ dicuntur, in quos sæpissimè, ac securè Crises videlicet incidunt; vnde & κυρίαι ἡμέραι apud Hippocratem vocantur, quo nomine proprij singularum hebdomadum indigetantur; eosque in duas partes diffindunt, vt quartus, vndecimus, videlicet, decimus septimus, reliquique, vt in pleni operis loco dicemus: ea ratione, quòd in ijs bonæ Crises incidant. Licet hi meliùs ἐπίδηλοι, καὶ θεωρητικοὶ

appel-

appellentur, quaſi Indices, Contemplabileſque; magis enim apti ad contemplationem futuræ Criſeos, quam ad iudicandum ipſi perfecti ſunt, vt exemplo. γλώττη μελαινομένη σφοδρὰ ἐν τῇ τέσσαρες καὶ δεκάτῃ κρίσιν γίνεσθαι δηλεῖ. Hoc eſt; *lingua valdè nigricans in decimoquarto Criſim futuram oſtendit*. Non eſt igitur Criſis iſta, ſed criſeos nuncia apparentia: vt etiam αἱμοῤῥαγίαν κρίσιμον, hoc eſt, futuram ſignum ad ſequentem Criſim æmorrhagiam ad Glauconem idem docet Galenus. Sic quoque ἱδρὼς κριτικός eſt, ſudor videlicet, aliaque indicia, de quibus ſat Hippocrates hiſtoricè in libro περὶ τῶν ἐπιδημίων facit. Significat, vt prænotaui, etiam Criſis perfectam morbi ſolutionem, eſtque apud Hippocratem exemplum, & quod ibi declarat Galenus. κρίσιν, inquit, ἤτοι τὴν εἰς τοσοῦτον ἀξιόλογον μεταβολὴν ὡς ἤδη κινδύνου παντὸς ἐκτὸς καθεστηκέναι. *Criſim* videlicet, *eſſe omnimodam morbi ſolutionem, vel talem totam commutationem, vt exindè extra periculum decumbens conſtituatur*. Eiuſdem verò ſolutionem apertiùs ad Aphor. 23. lib. 2. idem Auctor demonſtrat ἡ μὲν κρίσις ὀξύῤῥοπος ἐστιν ἐν νόσῳ μεταβολὴ, πρὸς ὑγείαν, ἢ θάνατον. *Criſim ſubitanea eſt in morbo ad ſanitatem, vel mortem diuerſio*; & alibi Aph. 23. lib. eodem ex verbis Hippocratis ἐπὶ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, ἡ ῥοπὴ ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. *Ad ſalutem, vel perniciem preceps mutatio, aut in melius, deteriusvè*. Ex quo bona, ſiue praua mox Criſis appellatur à Medicis, idque non ſupinis, vt aiunt, ſententijs à Luca quoque Gaurico celebri Aſtrologo, Marſilio Ficino, Hieronymo Vvolfio, Peucero, Cardano, Io. Rhodulpho Camerario, Thoma Bodcrio, Georgio Tranſtetero, præter *H*ermetem, Halym, & Abrahamum Aueneſram examinatum in Diſſertationibus eſt. Illud non reticendum; multos deducere κρίσιν ἀ κρίνειν, quaſi ἀ κρίνεσθαι, quod *excernere* denotat, ſeù *ſecernere*, *excluderecque*; quòd Natura, ſcilicet, domus humani corporis ſolers oiconoma ſecernere noxium ab innoxio ſatagat, foribuſque excrementorum ea eijciat, quæ compagem membrorum labefactare, aut deijcere valeant, quaſi velit Dei prudens Ancilla humani corporis vaſculum emundare, ac defricare rude cæleſtis animi ergaſtulum. Euacuatio Ipſis enim Criſis eſt, ſignificatione, qua nonnunquam Galenus vtitur & lib. præſertim de Loc. vbi, μηδὲ, ait, ὡς αὐτὸ σῶμα θάλλη, πατίσμεν φάρμακον: οὐ γὰρ κρίνονται, εἰ μὴ σμικρά. *Medicamentum*, videlicet, *cùm corpus viget, non eſt propinandum, nam non niſi modicorum* fit euacuatio: vbi κρίνονται *vacuantur, excernuntur* ſignificat, ex quo fiat κρίσις. Ità οὖρον κρίνεσθαι, τὸ οὖρον ἐκρίθη *vrinam excerni*; *vrina excreta eſt*, quoque dicitur. Cùm itaque ex implicatu illo humorum, qui maximè ſupra membrorum nobis hanc rempublicam arbitrantur, vt Lunæ dominatus in hominum corpora maximè cognoſcatur, operæ pretium puto, erit, ſi in meis hiſce Diſſertationibus, quæ in toto libro ſunt, id oſtendero: cum interim in Iſagogem ſufficere credam, ſi hoc ipſum optimos veterum crediddiſſe demonſtrauero, qui videlicet morbos cum plurimùm regi Lunæ arbitrio crederent, Medicinam ſyderum peritię miſcuere. Homerus ſi quidem nulli mea ſententia diuinitate ingenij, vt nec ęuo poſterior, (quis enim Orphei Argonautę ea carmina, quę ſub eiuſdem nominis fama leguntur, aut Heſiodi illius ea eſſe credat, qui coęuus Homero fuit; cum Aſcręus iſte longè inferior tempore, vt eius docet Interpres, fuerit.) Criticam perce-

piſſe

pisse rationem in ipsius Vita Plutarchus docet, inque eius opere Eustathius. Eam verò postea peritiam gratante manu è Grecia, in nostras postmodum regiones transuectam Plinius testis est, qui lib. ait. 29. *Cùm Critias Massiliensis arte geminata, vt cautior, religiosiorque, ad syderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dando, horas obseruando cum auctoritate processit*. Sed neque apud hunc tantùm, sed reliquos quoque Reip. Latinę antistites huius rei vestigia reperio. Persius quippe Satyra ait secunda.

Qui dicit medico iussus requiescere, postquàm
Tertia compositas vidit nox currere venas.

vbi de Crisi ad tertianam spectante tangit, facitque locus alibi adductus in Andria Afri Comici, Scen. 3.

Adhuc, Archillis, quę adsolent, quęque oportet
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.

Vbi Donatus. *Medicina* (addit) *aut in ratione, aut in consuetudine, aut in exemplis: adsolent ergò consuetudinis est, oportet rationis*. Quam interpretationem cap. de Medicinalibus Isidorus adiuuat. *Prognostica* (inquiens) *preuisio egritudinum à prenoscendo vocata. Oportet enim Medicum, & preterita agnoscere, & presentia scire, & futura preuidere*. Vnde & Trismegistus appellatus est Hermes, vt quibusdam placet, quòd in astris versatus, & Medicus, & Philosophus, vnà esset incomparabilis, conuenit enim cum Medicina coniecturalis scientia, hoc est iudicialis, per Crisim eruditio, quod Polluci Grammaticorum disertissimo visum quoque est. Τάχα, scribit δ' ἂν ἰατρῷ προσήκοι, καὶ κρίσιμος ἡμέρα; Μένανδρος γὰρ περὶ τῆς ἑβδόμης λέγων φησὶ; κρίσιμος γὰρ αὕτη γίνεται. *Quòd verò spectet Criticorum dierum ad Medicum obseruatio, testatur quoque Menander, cùm de septimo profert. Hęc quidem dies ipsa Critica est*. Sed nonne & Virgilius κρισίων meminit Georg. lib. 3.

Hęc ante exitium primis dant signa diebus,
Siue in processu cœpit crudescere morbus.

Sed Lucretius, Serenus, alijque testimonia nobis sisterent; ni hìc vestibulum tantummodò Artis designare, non tota aperire penetralia nobis animo insideret. Auspicato itaque à libamine tanti Operis labore, laxatis veluti rudentibus, iactisque prosperę benignè legentium aurę precibus, altiora scopulosi huius maris paulatim dorsa conscendamus.



IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

INDEX

Nominum eorum, quorum in Libro ſecundo extant Geniture, & Decubitus.

Guſta-

DE

DE VNIVERSO

CAPVT PRIMVM.



MNE, quod inclusas in se naturæ cunctas qualitates complectitur, Sphæricum est. Naturæ quippe conueniente ea forma, quæ periodo suæ dimensionis perfecta, ac mundissima Mundum ædificat; quod, & Stoici, vt author est Galenus probarunt, atque proditur à Poeta.

Hæc æterna manent, diuisque simillima forma,
Cui neque principium est vsquam, neque finis in ipsa:
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Conicæ tamen alij, alij etiam ellipticæ figuræ fecerunt. Epicurus verò (qui palato quid sit optimum exquirit) nihil affirmans contingere, omnia asserit posse, & globosum esse, aut alias tenere figuras non dubitat. Cælum itaq; Sphæricum, luminosis corporibus onustum: ignibus pulcherrimis Solis, & Lunæ redimitum; reliquorumque siderum concinnum, cuncta includens, regiones æthereas, atque elementares intus possidet; astrisque circumductum in orbem dierum, noctiumque curriculis agens stellarum choreas tempus gignit. Sed quia Cælum ita reuolui solet in Sphæræ modum, tamen radicibus teneri opus est, veluti massam, quam forcipibus dum domat faber ignitam, sustinetur, & reuoluitur: eas, quoque quas diu ina structura summis verticibus affixit, Polos dicimus; è quibus veluti è cardinibus quædam decurrens determinata discretio Axis appellatur, qui descretor itidem, ac diuisor Mundi ipsum terræ globum medium veluti in Vmbilico sistit: hi autem vertices ita constituti nobis sunt ob terrę variam positionem, vt alter, qui Arcticus, hoc est Vrsinus, ab eo sidere nuncupatur, nobis semper Septentrionalibus appareat, nec Oceanis vndis occludi possit; alter autem, qui Antarcticus, siue Notius di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

citur, lateat, quia æternis tenebris nobis inuisus degit, austrinis semper, & humidis (iuxta Veteres) vaporibus mollis. Cælum verò ipsum, stellæque per eum dispositæ, ac Dei artificio cęlatę, omnisque æthereorum luminum machinatio æther vocatur: non quod ipse succensus ignis sit, exardescatque, sed quod vertigine semper rapida circumferatur. Eius autem elementum non ex ijs, quæ quatuor vocamus vnum est: sed discretum quoddam, inuariabile, ac quodam ordine primũ, diuinumq;. Hinc à Platonicis quibusdam spiritale quidpiam visum est esse Cęlum. Vocant eum enim circularem lucem sine materia; veluti contra eius oppositum terram imam, sine luce materiam esse pronunciant. Hoc, quod & Primum Mobile dicimus orbiculariter citum extimo 24. horarum spatio ex Oriente in Occidentem sub se orbes sua per vestigia ducit; qui ab Aegyptijs, & Antiquioribus vsque ad Platonem, & Aristotelem octo tantùm statuerunt syderum periti, Planetarum scilicet septem, & Firmamenti, vt ex Platone in Timæo, & Aristotele in secundo de Cælo apparet; ex hoc precipuè decepti; quod cum fixa sydera vna, & ordinata distantia inter se semper eadem proportione obseruarent, non esse supra Firmamentum Cælum aliud credidere. Arcturum quippe contemplabantur, stellamque in cauda Vrsæ maioris vltimam, ac lucidam in occidentaliori lance libræ semper linea recta esse inter se, nec situm variare. Maiorem Canem, quem Syrium; minorem, quem Procyon vocant, stellamque Plaustri Arcturo viciniorem etiam in linea recta non desciscere; itidem pedem Orionis sinistrum, Caudam Leonis, & Canem syrium in eadem linea recta; sic Orionis sinistrum Humerum, Pallilitium, & Canem minorem. Spicam Virginis, Arcturum, & Leonis caudam in triangulo Isoscele, basi facta in cauda, & Arcturo, angulo in spica. Regulum, ca em maiorem, & lucidam Geminorum in Isoscele itidem triangulo, constituta basi ex lucida, & Cane, angulum faciente Regulo; cęterasque item stellas semper easdem inter se retinere distantias. Atque his obser-

obſeruatis Cælum determinabant, partem Firmamenti facientes, inquo clarè determinati ſtellarum ordines figerentur; quodque ſignifer obliqua circuitione circumdaret: partem ex errantibus ſtellis conſtare dicentes, quæ nec priorem motum haberent, nec interſe æquales, ac ſimiles eſſent: ſed conſtitutæ, diuerſiſque globis inordinatum ordinem ſeruarent; vnde errones, & Planetæ vocarentur. æquè ita Saturnum proximiorem Firmamento ponebant, mox Iouem, tertio Martem, quarto Venerem loco claudebant, quinto Mercurium, Solem in ſexto, Lunam in vltimo, & terris viciniori. Primus Timochares Firmamentum, & Cælum ſtellatum peculiari motu ex Occidente in Orientem moueri deprehendit contra raptum Primi Mobilis, motum, & agitationem; poſt quē Hipparchus de Aſtronomia optimè meritus nouis obſeruationibus eiusdem ſtellarum motus certius ſcriptis poſteris reliquit. Et ſic ſumma ratione ſupra Firmamentum aliud Cælum nonum excogitatum eſt. Hinc Ptolemæus Alexandrinus typum cæleſtis architecturę componens in Almageſto, Cælorum ordinem poſt ea regula configurauit, quę ad Triſmegiſti, Epimenidis, Timocharis, Hipparchi, Archimedis placita verior viſa eſt; nempe vt ſupra Firmamentum Primum inſuper Mobile locaretur, ſub quo deinceps ſeptem ſyderum (quę vaga nominant) errans turba ſe volueret, ac alio ordine quam Platonici, ac Aegyptij crederent; Saturnum videlicet altius permeare ſub Firmamento, poſt quem Iuppiter, deinde Mars, hinc Sol, Venus, deinde Mercurius, & Luna ſequerentur; quem ordinem eodem libro mirè ſuas Hypotheſes, & ſyſtema ſtabiliens, rationibus, ac demonſtrationibus cōfirmauit; atque in ſuperiori illo Mundo duplicem ſtellarum ſpeciem reperiri patuit fixarum, & errantium, geminumque etiam motum; primum raptus ex Oriente in Occidentem tendens, vt Firmamentum 36000. annorum ſpatio (quod ex Tychone 2541.) Zodiacum abſoluat; Saturnus, qui altiſſimus planetarum omnium meat non prius quàm 30. annis; citius Iuppiter duodecim eumdem ſigniferum decur-

rat; Mars conficiat duobus; Singulis Sol, Venus, & Mercurius; Luna quippe (quæ nobis propinquissima sphærę suæ circulum habet minimum) diebus 27. & horis octo circiter absoluat Zodiacum. Sciendum etiam est supra illam sphæram (quam Primum Mobile dicimus) globos perinde duos cælorum ab auctoribus Christianis Strabo, & Beda assignari, & vnum quem Empyreum vocant, id-est igneum gloriæ, contemplationiq; aptum, ac quietum, nomenque deduci non ab ardore; sed à splendoris æstuantia putant; eiusque sydera Angelos esse; vt exindè Iob in illo, Vbi Tu eras cum Me laudarent Astra matutina, pro Astris Angelos intelligant; hunc orbem esse immobilem autumant, quoniam moueri per corporis apparentis motum non constat; alterum verò orbem Crystallinum volunt nominandum, atq; ita aqueum, quod similitudinem habeat cum diaphani ratione: vnde in Ezechiele; Crystallum super Cherubim videtur extensum, idest compactæ, ac densioris aquæ; atque ex his coniunctis Cælorum numeris triplicem videri lucis substantiam subiungunt, & esse: primum vtique Cælum, quod Firmamentum diximus, cuius beneficio, & singulari virtute plantis inferatur vegetatrix potentia; sequentem verò Crystallini esse causam præstantioris etiam beneficij, vnde fit anima Brutorum sensibilis. Tertium porro empyreum Cælum habere vim omnium reliquorum nobilissimam, atque præstantissimam: quippe ex eo rationalis anima profluat; non quod eam producat (nam Dei solùm hoc attributum est) sed quod præcurrant veluti ex eo fouentes spiritus in humanum corpus; qui particulæ diuinæ, hoc est animæ habitaculum præparent. Verùm quia triplicitatem hanc trium cęlorum maximè omnium (vt aiunt) potentium retulimus, non ab re, & aliam triplicitatem erit indagare, quæ ad potentiam superiorum in inferiora corpora, propter quod hæc omnia adducantur, referemus. Aiunt itaque inter materiam, & formam, motum poni in natura medium quoddam spirituale, quod in Aplane intelligunt perfusum, &

plantis,

plantis, & terrenis rebus. Eum triplicem faciunt: primum itaque motum Atropon vocant tamquam sine conuersione; quoniam Aplanem motu simplici ex Ortu in Occasum putarunt cieri; Clotho secundũ, hoc est conuersionem; quoniam Planetæ ad Ortum, ex Occasu feruntur; Lachesim tertium hoc est sortem; quoniam terrenis rebus mirè illudere Sors, & rotari fortuitò videtur. Quam triplicitatem totius Mundi in hunc paruum (qui homo est) referentes affinxere mox Parcas; quod scilicet crederent vitam hominum cælestibus rationibus subijci, ita cælestium corporum influxibus hæc inferiora temperari. Homo Mundo similis, caput Cælum representare putant, stellatum oculis rationalis animæ stipatum ardoribus: brachijs aeris notatur ventilatio; venter mixtorum confusaneam refert qualitatem; vrinariæ partes marinorum imbrium speciem referunt; pedes (quia imi) tellurem ipsum.

quæ concreto corpore pondus
Constitit, atque omnis Mundi, quasi limus in immum
Confluxit grauis, & subsedit funditùs vt fex.

Venæ flumina, ossa lapides, pili arbores; Obseruatum ab studiosis sectvræ corporum perinde est, sanguinem circulariter moueri, imitarique sydera, quæ cælum irrigare sua luce videntur. Eo enim perfectissimo cursu ambit sanguis membrorum spatia; consentaneumque videtur. Namq; aliter per venarum tubulos segni ductu dum non moueretur sanguis in orbitam, cogeretur, & fatisceret, neque corpus ipsum imitaretur, quod rotundum iuxtà Vitruuium est, quando passis brachijs figura hominis rotundatur. Apparetque euidentissimè; nam cum alicui percussa vena est, totum corpus flaccessit; quod nota est circuitionis sanguinis per totum se corporis ambitum diffundentis. Notatumque apud quosdam reperio, qui id adprobent certitudine artis sectoriæ. Duo enim esse ostiola in præcordijs aiunt obseruari à paulò obseruantioribus, à quibus sanguis circa cor effundatur, insiliatque. Quando autẽ venæ athletico turgent robore, aut supino cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

bitu, rotari nequeunt, repletæque (veluti ab Etesijs Nilus) in cor obfundant. At quia (vt Lactantius in libro de Opificio Dei inquit) multa esse constat in corpore, quorum vim, & rationem perquirere nemo nisi, qui fecit, potest; atque à Græcis quædam intestina nigra appellantur, quod captum fugiant humanæ solertiæ, nonnisi de hoc dici possumus dubiè. Cum enim cadauer nonnisi discissum, horridumque obseruetur, cùm moles hominis diruta est, omniaque fœdè cōfusa, nequimus quid nisi coniectura asserere. Constat tamen hoc clarissimum naturam vnico tantùm contentam modulo suæ magnæ artis cælum repræsentare in homine, licet imperfectiùs; imperfectiùs hominem in bruto; brutum in vegetabili herba, in qua etiam sexus, caput qui folliculus est, pes qui radix, medium etiam reperitur. vnde Philosophus.

Cum quibus, & quali sint ordine quæque locata.
Namque eadem Cælum, mare, terras, flumina, solem
Significant; eadem fruges, arbusta, animantes
Si non omnia sint, at multò maxima pars est
Consimilis: verùm positura discrepitant hæc.

vinculo enim naturæ inter se nexa ex eodem typo, licet diuersa specie cusa esse videntur.

Animatum an sit Cælum. Cap. 11.

CAELVM esse animatum, nec antiquiores, nec vllus Neotericorum ferè ex Philosophis dubitauit. Nam cælestes sphæras habere animas, non Platonici modò: sed omnes Peripatetici confitentur. Docet id ipsum Aristot. 2. Cæl. 7. & 8. natural. q. 2. de anim. 11 Metaph. & alibi: Theophrastus quoque ipsius discipulus lib. de cælo: sed Auicenna, & Algazeles summoperè confirmant. Idem D. August. in Enchiridio aduersus gentes, D. Thom. & Scotus tradiderunt: qui ad Christianam Doctrinam nihil interesse significare videntur, si cælestia corpora animam habere, vel non habere credantur. Animam verò ex ijs præcipuæ Cælo esse, moti

sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ſunt Philoſophi, quod cum anima vita conſtet, motu, atque intellectu: in Cælo hæc trià reperiri videantur animam ipſius ſignificantia; calorem quippe tamquam vitæ ſymbolam accipimus; lumen intellectus vicem habet, motuſque eſt perinde ac in anima noſtra vitalis motus. Qua verò anima aſſiſtente, mouentique, an informante animetur, id dubium, ac varium adhuc ſub lite eſt. Porrò animata eſſe Cæleſtia corpora, vt animal terreſtre eſt, nonmodò Aegyptiorum quam plurimi, (vt aſſerit Plato) tenuere: verum Aſtronomici in eamdem ſententiam iure; Ptolemæuſque præſertim, Albumazar, & Zales. Quod et Haly. confirmat illos deridens, qui viuere Cæleſtia dubitent: et hoc Ptolemæum crediđiſſe aſſerit. Theophraſtum denique dicere ſcimus, eos præcipuè à philoſophia recta aberrare, qui animas cæleſtibus non eſſe confirment. quia Orphei ipſius vetus illa Theologia nihil aliud quàm animatas ſphærarum moles duabus animis viuificabili, et intellectiua complectatur; quas tamen opiniones ſurda præterijſſe aure Hebræorum pijſſimos Patres legimus, qui recta, ſanctiſſimaque doctrina, elementa omnia, quæque Elementis conſtarent, non ſolùm Deos non eſſe dicerent; verùm expertia animæ iudicarent. Nicolaus Theologus in Genes. primo, Corpora, inquit Cæleſtia inanimata ſunt, & ſine ſenſu: nam ſi anima informans in Cælo traderetur, aliqua ſequerentur in ipſis philoſophiæ placitis abſurdiſſima. Anima enim corporis organici cum actus ſit, cælumque non organicum corpus exiſtat: verùm totum ſibi ſimile, & homogeneum ſit, nec diuerſas partes retinens, cælo haud competere apparet anima informans; quæ ſi cælo, vt noſtra, inmixta, et conuoluta partibus eſſet, ad motum cæli moueretur per accidens, vti in anima euenit, cui contingit ad motum humani corporis moueri. Eadem etiam cum tota in toto, totaque in qualibet parte iuxta Philoſophos exiſtat, haud cælo inepto corpori congruet, ſi mouens ipſum à Peripateticis in extima circumferentiæ parte locatur. Præterea cum forma debeat vniri materiæ exiſtenti in po-

tentia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tentia recipiendi formam, mediantibus tamen dispositionibus; cum cælum ipsum ens perfectum prædicetur, nec eius materia sit alterabilis, intelligentiam ipsi vt formam vniri non posse conueniet; animatum igitur cùm cælum dicimus, atque ita terrestre animal habere animam pronunciamus, tunc sumetur æquiuocè anima. Nam quæ dicitur in cælo esse anima, separata intelligitur substantia, quæ non sit alicuius actus corporis, nec actum habeat in corpore aliquē, nisi localis motus, quem infundit; proinde à quibusdam Cælo animam haud propriè dari dicitur, quando substantia separationem animę nullum habeat: neque enim ita obiuncta corpori est, vt actio eius non libera impediatur: cum etiam Plato 10. de Leg. non ita animam in sphęris cælestibus corpori faciat, vt nostra corporum membris immixta indissolubili societate copulatur; verùm sic eas orbibus summis fatetur affixas, vt diuinis frui possint contemplationibus, cælestia intelligere, dum præstitutas sibi orbium moles, sonoræque vertiginis munus obeunt. Quapropter cum Dionysius Areopagita Angelos eas mentes appellat, quæ diuino iussu orbiculares sphęras mouent in cursum: non videtur à Platone nisi verborum differentia discrepare, qui easdem animas nuncupat. Atqui anima contra (vt eorum etiam placitis paulisper inhæreamus) informante, animatum Cælum faciunt, indè mouētur; quòd cum motu naturali moueatur Cælum, à principijs intrinsecis hunc ei motum competere, hoc est ab informante anima auspicantur; cum etiam ipsis videri non sine incongruentia possit ex Cæli cursu, motu oriri vitalem vim in inferioribus, cum messes, animalia exinde crescere, ac decrescere videantur, cælumque ipsum (ob id effectibus suis ignobilius) vitalem animam informantem vt inferiora corpora non habere. Cęlo quoque hanc animam ex figura cōgruere probant. Cum enim omnia, quæ in naturæ aceruo sunt figura terminata aliqua, circumscriptaque vegetabilem ac sensibilem includant formam, cur cęlum ab istius formę bono repellitur; cum figura omnium figurarum præstantissima hoc est

sphæri-

ſphærica circumſcribatur? Adde quod cum Cælum ambitu, ſuo illo extimo omnia in ſe veluti viſcera in vnum corpus includat, miruſq; iſte nexus ſuperiorum cum inferioribus rebus naturam concinnet, vnaq; tam diuerſarum rerum ſit materia, parteſque hę multę vitali forma conſtent; animalia, arbores, plantæ animis informentur: quid potest eſſe in opinione durius, quàm putare Cælum corpus iſtorum viſcerum, rerumq; complementum omnium anima informante non viuere? Certè ſi animantium corporibus vitam cælum infundit (vt Ariſtoteli placuit, ſolem, & hominem hominem generare aſſerenti) iuxta Boetium 3. de Conſol. cælum anima informante conſtabit, ſi ab ipſo animis cætera informentur: quid enim (dicunt) abſurdius eſſe poteſt, quam hominum incrementa, plantarum, cæterarumq; rerum animatarum ab animato Cælo vim accipere affirmare; cū idem pene esse videatur, ac ſi plebeius in patricio regnet, bruta in homines magiſtratus exerceant: immo lapides (cum ſanè Cælum non à lapidibus hoc modo differat) cum etiam à cæleſtibus mentibus prout cælum volui lapides, & illuminari æque poſſint. Auguſtinum præterea non minus adducunt ſuper Geneſim, ſibi ambiguum an ſtellæ, & cęlestia corpora ſint ſpectantia ad ſocietatem beatorum ſpirituum pronunciantem. Super Eccleſiaſt. Betleemitam Doctorem, qui, ibi cælum eſt (inquit) animatum. Pſaltem Regem Pſalmo citant. 153. qui fecit Cęlos in intellectu. Nec minus ex Ariſtot. illo liquere 12. met. tex. 36. vbi cælum dicit intelligere, quod viuere ſignificat: intelligere enim eſt actio viuentis. Sanè Platonem Mundum animatum fuiſſe, eumque per ampliſſimam ſphæram veluti per oculum omnia intus proſpicere, affirmaſſe conſtat; nec id Origeni diſplicuiſſe, qui animata cæleſtia corpora eſſe voluit; eo quod mandata à Deo dicta ſint accipere; at quæ ſunt (inquit Origenes) mandata? hæc nempe, vt ſcilicet ſingula ſuo ordine, ſtatutoq; miniſterio, noctem, diemque alternando peragant; quæ actio cum ſit, non niſi à viuente prædicabitur. Apud Heremiam ſanè Reginam item Cæli Lunam memorari,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

morari; ſicut ab Apuleio Metam. lib. 10. quinimò à peccati macula neq; immunia eſſe ſydera ab aſſerente ſubpoſſe intelligi; ſtellæ (inquit) quæ in conſpectu eius mundæ non ſunt. At iſtorum placita quamuis Atlantæo tibicine inniti videantur, coruunt tamen, leuibuſque imaginoſa ſtudijs flacceſcunt. Non enim Cælum vt in animãtia influat animatum eſſe neceſſe eſt: nam cum ipſis influere non aliud ſit, quam inferiorum corporum qualitates gubernare; non enim in animum poteſt; ſatis ſufficit tamquam inſtrumentum ad id peragendum ſi ſine anima ſit, dumodo aſſiſtente non careat cauſa motus; Ignis quandoque ipſe elementaris, vnda, aer id efficere poſſunt, quæ ſingula corporis variando tenores, atq; humorum compagines hoc cauſantur: Euripides enim, qui ſolem aureã glebam dixit; Anaximander, qui eumdem lapidem fecit, non ignorauerunt ex ipſius calore temperiem dari rebus, atque agi in hæc inferiora; nec tamen animatum eum anima informante tradiderunt, cum lapideum, atque terreum dicerent. Nec figuræ nobilitas animam neceſſariò admittit, cum ſit Cęlum eo modo ſicut domus, artificis opus, Dei modulus, & ſtructura inſignis, vt ea includerentur animalia; non vt autem ipſum animatum, viuumquæ eſſet. Cælum præterea ambitu ſuo includens plurima animata inanimatum eſſe poteſt: non enim quodlibet, quod ex materia conſtat, anima ſubſtinetur: neque enim lapides, quibus domus erigitur, viuunt; neque Cælum teſtaceum eſt putamen animata includens, ſicut quibuſdam animalibus: nam excreſceret, haberetque cum anima intellectiua ſimul vegetabilem, quod deluſit Orpheum, atq; alimoniam requireret, quod opinionem Ptolemæi, Tullij, Aegyptiorum perperam traxit, atque contra Platonicos eſt, cæteroſque Philoſophos. Peccaret denique, aut meritoriam exerceret voluntatem Cælum, ita ipſum, quod non ſine riſu excipitur, gloriam Cæli, aut infernorum Carceres expectaret. Cælum itaque contra Boetium influit influxu Dei & Angelorum inſtrumenti inſtar in humores, vt ignis & nix ex quibus calor, & frigiditas emanant ſecundariò, quæ ipſos alte-

alterant: ſed hoc facit principaliter ſupra omnia elementa vti agens ſpiritualiter per mentes; nec Cælum inanimatum in animata præpoſterè agit, ita vt ſubijciatur nobilius ignobiliori: quia Cælo non niſi pars noſtra infima, hoc eſt corpus ſubiicitur, quæ Cælo ignobilior eſt; animus verò qui multo Aſtris præſtantior, & cælo eſt, illius poteſtate non tangitur. Cæterum neq; Auguſtini Sanctiſſimi ambigua eſt ſententia, cùm cæleſtia corpora ſtellaſq; nuncupando ſpiritus leues intelligit, qui orbes cæleſtes, ſyderaque vi ſua verſando agitent, propellantque; neque ipſe dubitat: verùm de hoc à Philoſophis diuerſimode dici primo Genes. demonſtrat. Eadem anima agitante nempe, ac mouente Cælum Hieronymus; Eadem Pſaltes Hebræus animari fatentur; mandatumque ſtellis ita factum à Deo contra Originem optime dicimus, veluti, & prolatum illud ab eodem eſt in primo Genes. *fiat lux*; cum tamen nulli hoc Deus mandaſſet, ſed ſibi ipſi, & Sapientiæ ſuæ, quæ cum ipſo erat tunc, nempe Filio, loquebatur: modus quandoquidem iſte locutorius inter homines habetur ad ſenſus humani diſcurſus, non, vt aiunt, ad literæ ſignificata capiendus. Reginam præterea Hieremia vocat Lunam ob ſyderis pulcritudinem: non enim credidit Propheta dominatum agere hunc Planetam inter minores inanimatas faculas. Iob verò mundas in conſpectu Dei non eſſe ſtellas pronunciauit, vt puritatem diuinæ naturæ extolleret; cui nihil creatum cõparari poteſt, quod non immundum, indignumq; videatur reſpectu Deitatis, non rei; ſicut nec peccat iuſtus, & tamen in rigore iuſtitiæ Dei non purus eſt, iuxta illud Pſalmi. *Non intres in iudicio cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*; Et item illud Eccles. 7. *non eſt iuſtus homo in terra, qui faciat bonum & non peccet*: quod (ſecus ac impij accipiunt) intelligitur ratione ſuarum virium: iuſtus enim ſine gratia Dei non cauere à peccato poteſt, id dicente Sancto Spiritu, ne nimium noſtris viribus tribuamus: Sed nos hinc inde prælibatis ad lectoris inſtructionem argumentis, id faſſi quod Romana Ecclefia iure deliberat hanc diſquiſitionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

deſerentes vlterius procedamus.

Dari in fluxus ſuperiorum corporum in hæc inferiora. Cap. III.

DEſcendere è ſuperioribus in inferiora corpora animalem quamdam vim, qua non modò ipſa ſpirantia, verum fruges, arbores, flumina alantur, moueanturq; tam è noſtra, quàm e veteri ſchola Philoſophi præſtantiſſimi iudicarunt; qui Cęlum ipſum omnes vniuerſales, particulareſq; tam alterationis, quàm generationis, & interius iacere in inferiora poteſtates (pro vt ſit varia ſyderum, ſphærarumq; poſitio, atque aptitudo) experientia, quæ oculatiſſima etiam ignarorum magiſtra eſt, edocti tradidere. Hinc Ariſtotel. lib. 8. Auſcult. Phyſ. Primum Cælum vitam eſſe omnibus ſignificat; quandoquidem euidentiſſima eſt, & communis operatio vitæ intimus motus, adeo quòd ceſſante illo cuncta ſiſti oporteat; non lapidem deorſum moueri, non ignem ſurſum aſcendere; veluti in minori itidem Mundo, ſi cordis motus terminetur, omnis membrorum motio pereat neceſſe eſt; vt diſertiſſimus Picus Mirandulanus probauit. Sed Ariſtot. idem pluries attigit, congruumque faſſus eſt, hanc inferiorem regionem ſuperioribus lationibus conſiſtere, vt eius indè tota virtus pendeat, & gubernetur; rurſuſq; ſtellarum motum in ſignifero primariam eſſe originem generationis, & corruptionis omnium interiorum. Sic Aſtronomorum Ptolemæus facilè Princeps, *Euidentiſſimum*, ait, *eſt diffundi vim quamdam ab æthereа natura in vniuerſa terræ circumpoſita, quæque ſub Luna ſint omnia corpora æthereis motibus agitari, & quicquid in terra, aere, & aquis naſcitur animantium, & germinum.* Verno enim æquinoctio cùm Tellus propinquiore Solis ſydere temperatur, flores, ſegetes generat, veluti pubeſcens, & in virgulta iuueneſcens; mox Cancri ſolſtitio exuſta ipſas tamquam ad ſenium perductas arefactas ejicit; Autumnali æquinoctio mox poma, quæ frugibus duriora concoctu erant ad inte-

interitum etiam perfectionis producit, donec aduentante brumali Solstitio tota anni vita compleatur; quæ cuncta Solis per obliquum illum circulum, quem à vitali illius influxu Zodiacum dicimus, nunc recedentis, nunc propinquantis phasi fieri cognoscimus. Nec ea contentus assertione Arist. lib. de Elem. propriet. demonstrat id clarius, *cùm vbi Planetæ contingerit Piscium signum fore, vt aquis omnia diluantur*, inquit, *secus si in Geminis fiat coitus. nam vniuersi tunc futuram conflagrationem*. Sed non modò Philosophi in segetes, plantas, animaliaque humores influere sydera confitentur, verùm & agricolationis auctores Columella, & Palladius testantur; Plinius, & Virgilius profitentur; quin & dierum mutationes ex syderum quoque prodire concursibus Manilius Astronomicon 3. expressit, & Petronius Arbiter nos admonuit, cùm dixit. *Altera Lunæ cursum, stellarumque Septem imagines planetas, & qui dies boni, quique incommodi essent distinguente bulla notabantur*. Quod ad similitudinem prognosticorum (quę vulgo vocamus Lunaria) tunc apud Veteres in vsu fuisse suspicamur. Sed & Romani Philosophi hic etiam faciunt verba, qui immutari sub cælestia singula non tam ex superiorum qualitatibus: sed etiam alijs occultis, & specificis asserunt, Quos cælestium corporum influxus non agere in inferiora immediate: sed mediante nos ambiente aere probat Seneca. Immutato namque in primis qualitatibus aere nos ambiente frigiditate scilicet, caliditate, humiditate, & siccitate subcęlestia varijs affectionibus subijciuntur. Hinc rubigine messes vruntur, poma corrupto aeris spiritu flaccescunt, epidemiæ quamuis salubribus regionibus illico oriuntur; noua genera etiam numquam antea auditorum morborum erumpunt, vt in Syphilide sua Galeni authoritate probat Fracastorius cùm de Morbo Gallico carminibus disputat. Sic veteres morbi plurimi prius sæuientes mitescunt, vt experimur de elephantiasi. Quæ omnia cum hìc in imis accidant, occultis syderum influxibus tribuenda sunt. Vnde est etiam sæpissime mures è terra progigni in naui absque vllo speciei semine; serpentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ex mulierum capillis generari; hominem elephantino, asinum canino capite oriri? nisi occulta cooperatione cæleſtiũ, ſtellarum præcipuarum, quæ in Arietis ſigno collocantur ab Aſtrologiæ peritis: intantum, vt Auicenna ingenio exactiſſimus ab experta ſcientia ſingularis Vir in Lib. quem de Diluuijs ſcripſit, dicere, non dubitarit; poſt cataclyſmata, ac terrarum inundationes nullo humano ſemine, tantùm tabidis hominum cadaueribus hominem ſolere, & poſſe generari, concurrente cæleſtium corporum pro ſemine affluentia; cuius rei cum Auerroes 8. Phyſic. meminiſſet, & retuliſſet ſuper hac re opinionem, eam probè refellens, poſſe fatetur ſydera animalium generarioni non perinde diſſimilium, vt talpæ, veſpertiliones, mures ſunt, ſufficere: ad perfectorum verò animalium productionem, vt Leonum, Elephantorum, hominum deficere. Ex quo tamen nobis liquet per Auerroem etiam humores hic in inferioribus à ſuperioribus regi per ſydera; atque ita ſecundas cauſas inferiores (vt aer, & humores ſunt) ſubordinatas ſuperioribus motus mouere dicemus, pro vt ipſæ ab influxibus ſuperioribus agitantur. Horum influxuum alij potentes, vtpote à potentibus, & vniformibus cauſis producuntur; quidam alij veluti ab occultioribus cauſis producti non potentes dici poſſunt. Potentes eos dicimus, ac uniformes, per quos Nauticæ, atque agricolationis pręcepta ordinantur, cum per ortum, et occaſum ſyderum certisſima operibus naſcatur variatio, quorum momenta Nautæ, et Agricolæ obſeruant, veluti Arcturi, Vergiliarum, Hyadum, Lyræ, et id genus aliorum: per quos itidem tempora ad generationem quadrupedum apta, nidificationem, ac transfretationem auium demonſtrantur. Minus potentes autem, quippe qui à ſecretioribus cauſis emanant, nó niſi doctioribus patent, et è quibus oriri vtplurimum epidemiæ, fames, bella, terręmotus, inundationes, et alia obſeruantur. Quæ niſi certo ſyderum influxu fierent, non vtique præſtitutis temporibus, & improuiſis incurrerent. Ex eclipſibus nempe, ex Cometis, ex ſuperiorum Saturni, Iouis, &

Martis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Martis coniunctionibus, ac cælestium corpum insuetis Sygizijs accidunt, quæ cuncta occultissimæ artis arcana sunt, vt in Comment. ad Ptolemæi Librum, quem vulgo Quadripartitum vocant satis diximus. Inter occultiora etiam, quæ è syderibus tamen deriuare credibile est, nonne Magnetis Herculei lapidis natura videtur, quæ nulla habita sympathia ad terrena, cum terrea ipsa non minus sit, syderali affectione trahitur, atque ad Polum Arcticum quodam genio amatorio vertitur? nonne electri latens inclinatio, quæ quisquilias, palearumque helluo fragmina colligit? atque vnde non fœtum octimestrem viuere, septimestrem nutriri cogitabimus, nisi syderum arcana ratione, quam Agellius (licet Genethliacis parum fauens) in suis Noctibus disquirit. Nec causa recipitur, quod membra non adhuc in vtero sint; cum septimo mense ortos quam plurimos sciamus supernutriri. Quis rimari poterit absque syderũ peritia, cur Luna crescente repleantur ostrea, & conchylia; sint exucta, & tenuia lumine diminuta, cum contra obseruatum sit (Plutarcho teste) cœpe deficiente luna crescere, crescente diminui. Quis pluuias nunc sanguine maculosas, nunc lapidibus pergraues interpretabitur? piscium, & ranarum procellas? cum apud Athenæum scriptum sit piscibus pluisse nonumquam; & in Pæonia, & Dardania tantam vim ranarum pluisse (referente Eustathio) constet, vt domus opplerentur, nedum viæ? Nonne Canicula æstuante Canes in rabiem aguntur, vina in dolijs feruent, maria vexantur, & admiranda alia contingunt? Sole Leonis signum scandente Leones febre vexantur, & torquentur; ac sole scandente Canem Nilus arcano more ad momenta huius syderis increscit, Aegypto perfunditur, vt in suis Natural. Quæst. placitis Seneca demonstrat, Plinius, & Lucanus referunt? Pro diuerso etiam Cæli ad terram climate populi ad varios mores inclinantur, membra, temperaturæque iuxta Vitruuium, & experientiam informantur. Sæui Scythæ quod damnatis frigore terris inhabitent; sunt placidiores Syriæ, Cypri, Italiæ populi, quod temperato cælo degant;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

gant; item & Phænices, atque Arabes ad delicias potius quàm ad bella propensi.

Animos frangit clementia Cæli.

Lucanus cecinit. Hinc colorum etiam diuersæ species, Septentrionalium locorum incolæ, quique ad Boreum Polum vergunt ob frigoris naturam, cuius est membra, & poros laxare, lactei sunt, & flauicomi. Aethiopes ob adustionem humorum tenebricosi, & crispi. Qua propter D. Thomas hominem quoad corpus Cælo subiectum prædicauit, quoad intellectum Angelis, Deo quoad voluntatem; atque indè ratione Cæli bene natum dici hominem, bene custoditum ratione Angeli, ratione Dei bene rectum. Atque his stantibus pulchritudinem è syderum societate concinnam dari in homine cum D. Thoma dicemus, intellectum, ac rectitudinem nequaquam.

Solem influere, & primariò in inferiora. Cap. IV.

PRimus inter Astra cætera Sol Rex inferiora disponit omnium maximus; qui cor Mundi à multis nuncupatur. Nam sicut caloris, & vitæ fons, & propago est cor in viuentibus; ita sol nostra cuncta pro caloris potestate mouet: adeo vt terra videri vterus queat, in quem confluant mox ex ipso promanantes generationes. Hic fons luminis, cæli oculus, Mundi mens omnia sua lampade lustrans in præstantissima illa Planetarum chorea medius insistit, & ductor; quem glebam auream Euripides ideo apud Lucianum in citata fabula Phætontis vocat, quod fortasse ipsius aureo lumine irrigatæ glebæ fructuum, & segetum spiritu fœcundentur. Hoc mediante Astra lucent reliqua, cum aliam non retineant claritatem quàm illam, quæ ab ipso omnibus fœnerata impartitur. Hic suo ambitu in Zodiaco disponit tempora, scandensque per quatuor puncta Cardinalia, in solstitialibus Aestatem, & Hiemem; Ver, et Autumnum in æquinoctialibus generat. Hic parallelis suis supra terram productis inæ-

quali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

qualitates parit, dierum, noctiumque diuersitates: ex quo sempiterni caloris fonte animalia succum hauriunt, vndè, sub-stentãtur, & stirpes; ex quo vitali principio cuncta in vitã à natura excitatur, & generationẽ; cuncta sentiunt, & mouentur; accedente adhoc propiùs ad nostrum verticem, quod Zenith appellant, exilarantur omnia, transfretant ad nos Aues, & peregrinantur concinentes; proritantur ad generationem animalia; arbores germinant, pubescunt herbæ, adolescunt, maturantur in fruges, flores in poma concoquntur. Quo itidem recedente tota penè natura immoritur, discedunt Aues in apriciores regiones, vterum bruta claudunt, decidunt arboribus comæ, sterilescunt herbæ, nec fruges, nec flores terra educat: immo ipsa niuibus cooperta languescit. In die etiam hìc, quæ in anno operari videtur; tum exoriente die quando placito sydere flores suscitat, matura luce herbas afflat, Veris videtur tempus repræsentare: quandò autem medio Cęli libratus siticulosis radijs terram scindit, tunc æstatem videtur quodãmodo designare, inclinante ad vesperam die cùm ad negotia peragenda horas mansuetiores affert, nõne Autumnalem temperiem refert? donec superuenientibus tenebris hyemem ostendere videtur: nec terræ tantummodo superficiem suo igne collustrando nutrimenta animalibus varia, radices stirpium fouendo, ex humiditate conflando inde attrahit: verùm etiam è locis humidis vapores suspendit, eosque nunc in nubes condensat, nunc in pluuias dissoluit, albat in niues, rotundat in grandines, disperdit in fulmina, lacerat in tonitrua, colorat in irides, in coruscationes euaporat; vel etiam specifica virtute, & occulta in viscera terræ descendens, vbi neque lux, neque motus causa caloris pertingit metalla disponit; quorum quamuis ea sex reliquis Planetis à meteoricis tribuantur, verè omnium effector, & regulator Sol ipse est; qui lumen etiam cæteris in ipsa metalla in fluenda communicat. Certè illius radij fęta gremio tellus animales concipit, & feruidos spiritus, per quos calidæ manant è termulis, balnea naturalia inuisibili calore feruescunt; montes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

pro fluuijs ſcaturigines fauillarum prouoluunt: maris vnda ſalis ſaporem accipit; fluminum ſulphuris colorem: aurea quidam amnes arenula, ferrea, & cruda aſpergi aliqui viſuntur. Hic exoriens, occidenſque prout cum fixis alijs configuratur varias etiam ciet aeris proportiones, & temperies. In Oriente cum Arcturo ſurgens ventos incitat, tempeſtates minatur; cum Orionis pariter ſtellis, oculoque Tauri Pallilitio tonitrua, fulmina, pluuias gignit. Occidens cum Pleiadibus nubes cogit; cum Regulo imbres tonitruis mixtos producit: cum Cane ſiccum tempus deliberat; verùm tonitruis, fulminibus meticuloſum.

Lunam in inferiora agere. *Cap. V.*

LVna terris vicinor ab extremo Cęlo remotior omnium citiſſima rapitur, quæ fraternis radijs illuminata, fratris indè æmula flammis, quod ille annua luce permeat, meſtrua reuolutione colluſtrat; quæ à B. Ambroſio in Hexamer. mater roris, decor noctis, miniſtra humoris, maris dominatrix, menſura temporis, motrix aeris, æmula Solis dicitur. Et quia pars Mundi ima terra eſt; ætheris autem pars ima Luna deſcedit vt Plutarchus in opuſculis notat ipſam Lunam terram, verùm cæleſtem, & noſtra multò leuiorem quidam Antiquorum vocauere; quod & Cleomenes approbare viſus eſt. Fuit itidem diſcriminatrix appellata naturæ: nam cum quæ ſupra ipſam ſunt, ęterna à Platonicis, & nectarei poculi, hoc eſt diuini, nulliſque alterationibus obnoxia dicantur; quæque autem infra ſunt caduca, atque lethæi laticis, quippe quæ mortalitati ſubijciuntur, appellantur: ipſa media & diſcriminatrix naturæ, vt diximus, nuncupatur. Humidam ideo eſſe Ptolemæus appellauit (quamuis Peripatetici eam rationem rideant) quòd mari proxima humiditate vndarum humectetur; aquis ei indè dominatum conferunt, quod & album colorem habeat: aquarum enim natura eſt, vt concreatione inalbeſcant; hinc Virgilius decæptam Lunã à Pane muneribus can-
didio-

didioris lanæ finxiſſe creditur. Idem Ambroſius in Hieremia.4. cum Philoſophorum placitis, exundationem, reciprocationemque pelagi (quam ipſe Græcè ampotin vocat) lunari exortu euidenti mutatione fieri indicat, cum in Occidentali mari in quo maximè videri reciprocationem dicit, vnda ſolito vehementius accedat, & recedat tamquam Lunæ quibuſdam aſpirationibus, atque aſlatibus retrorſum trahatur; & iterum ijſdem appulſa, ac retracta in priſtinam ſtationem refundatur. Septem à quibuſdam pati eam permutationes creditur, quas phaſes indigetant; quo nomine etiam in lib. de Menſibus Theodorus vtitur; necnon Ariſtoteles primo Meteor, vbi de Cometis agit, prima in ea phaſim ſtatuunt cum à Sole liberatur, & emergit, exurgitque in cornua, cauaque eſt, quæ figura menoides apud Firmicum 4. Matheſeos appellatur; Dicothomos indè hoc eſt ſemicæſa, mox amphicyrtos, ac ſi dixeris gibboſam vtrinq; extremò panſeline ſiue plena ſit; rurſus amphricyrtos, ac denuo dichotomos. Hanc Proclus philoſopus haudquaquam pœnitendæ doctrinæ primam hominis ætatem fouere ſignificat: tunc enim ex nutritiua, & vegetabili mouemur potentia, & vtraque porrò humecta vis præcellit; quæ in Luna conſeruatur: hinc etiam cerebrum humanum, & viſcera fouere ſua poteſtate eſt credita; cum humidum cerebrum ſit, atque omnium partium frigidiſſimum, vt Ariſtot. in lib. de Somno & vigilia demonſtrat. Regit etiam (vt diximus) viſcera, & in hepate præcipuam vim habet, quod ipſe etiam humoris fons ab Haly Arabum ſolertiſſimo dicatur; conueniatque Galenus in ſignorum tractatu, vbi ait ex cordis nimia ſiccitate totum exareſcere poſſe corpus, niſi hepatis temperetur humecta natura; atque ita humidum verum in hepate, accidentale vtpote à frigiditate inductum in cerebro Medici aſſignant; in quorum vtrumque dominatum exercere Lunam Aſtrologorum ſchola conuenit: quapropter cum ipſa humidi radicalis domina ſit, quod infantibus maximè eſt neceſſarium, ſi vbi ſe mortalium corporibus diuina particula, ideſt animus, communicatur, lumine fatiga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ta ſit, atque exhauſta, increſcentibus tunc præcipuè medullis nocet plurimùm, cærebrumq; exſiccum relinquit; ideoque imbecille ad rationabile officium, cum Luna luce nulla exiſtens (quandò ſilere, & verti à latinis dicitur) virtute quoque pertenui eſſe cenſetur, immo in eo ſchematiſmo nihil omnino ſuæ virtutis diffundere Galenus ipſe probat. Habere Lunam à Solis lumine fœnus, penè paſſim in ſcriptoribus reperitur; quamuis nihilominus ſciamus lib. 9. ſuæ Architecturæ referre Vitruuium, & in lib. de orbium Cæleſtium contemplatione Cleomedem Beroſi opinionem recenſere, Corpus Lunæ eſſe pilam candicantem vna parte, cæruleam altera, quæ aeris conſimili colore minimè videatur; in coitu verò cum Sole, Solis flagrantia, ac calore quadamque natura luminis ad lumen voluendi corripi, conuertique; quo quidem tempore auerſam noſtri eam nominent; quòd non videatur, lateatque. Eam verò à Sole illuſtrari penè omnes fatentur; vnde & nothum eius lumen vocat Catullus. Extat ex ſententia Philoſophorum tertia miſceri, nempe Solis lumen cum luce Lunæ, nec carere eam omnino effectu lucendi: quam opinionem multis færè rationibus Cleomedes ſubſtinet, Lunam ex repercuſſione tantùm lucem propagare, ac reflectere ad inferiora non credens. Ipſius autem in terris plurimùm lumen poſſe precipue ex eius deliquio patet, quod ominoſum, ac rebus humanis infeſtum ſit: in eo enim augeri morbos ęgros ad momenta deficere obſeruamus; plãtaſque, ſi pangantur, non coaleſcere; Semina iaci incaſſum, & ſimilia. In coitu ipſius cum Sole etiam inter alia formicas ab opere ceſſare, feriarique obſeruatum eſt apud Plinium. Albumazar quidem inter Aſtrologos præcipui nominis mira de poteſtate Lunæ audet dicere; atque ideo Proclum affirmare puto Heſiodum Lunæ coniunctionem cum Ioue laudare meritò quod is ſchematiſmus ſemper in veneratione apud veteres ſit habitus. Lunæ etiam qui meteora tractant argentum, veluti Soli aurum, aſſignant, quod ei ſydus in candore perſimile ſit, putentque ſynphaticam inter vtrumque intercedere qualitatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tem. Ipsa autem cum pro luminis copia corpora affatim humectare credatur, ex his deprehendi poterit rerum incremento esse Lunæ momenta, ac plantationibus accommodata; cum quando lumine minuitur semen exsiccum fiat, radixque non tam facilè in virgultationem excrescat; sic Maro rerum rusticarum peritissimus auctor vites Luna satis adulta pangi iubet; at Manilius Astronom. 4. decimaseptima Luna rusticationes optimę exerceri commemorat. Multa prætereа sunt Lunæ vtilissima in hæc inferiora ministeria, cæcas tenebris horrentibus noctes illuminat, vias, & itinera præuia demonstrat, opera etiam nocturna lumine adiuuat, vt ait Lactantius: ipsi insuper sacrificatum à Ducibus crediderim, quod in rebus bellicis maximè faueat, nunc se ad insidias occludendo, nunc ad incedendum, mutandaque castra ostendendo, & Virgilius.

Nocte leues melius stipulæ, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.

Sed & nauigijs quò minus errare valeant sua claritate exhibet regimen, viamque redeundi in portum ostendit; tandemque cum propinquior cæteris Astris sit inferioribus elementaribus, in ipsa ideo maiorē vim putatur habere. De eius conuersione carminibus tetigit Lucretius lib. 5.

Versarique potest globus, vt si forte pilai
Dimidia ex parte candenti lumine tinctus,
Versandoque globus variantes edere formas
Denique eam partem quæcumque est ignibus aucta
Ad speciem vertit nobis, oculosq; patentes
Indè minutatim retrò contorquet, & aufert,
Luciferam partem glomeraminis, atque pilai.

Quinque itidem Planetas in inferiora plurimùm influere. Cap. VI.

SEptenarium maximè numerum in tota natura præualere non ex Ethnicis modò; verùm ex Ecclesiasticis quamplurimi tradidere, eumdemque in humani corporis structura præ-

præpollere demonſtrauit reconditiſſimæ doctrinæ Vir Macrobius, vt indè colligamus humanum corpus non ſolùm ad Planetarum armoniam totum compactum, atq; ab illis (præcipuè in ijs, quæ harmoniam ſunt) regi: verùm etiam particulas eius ſingulas ſeptenario numero Planetis reſpondere. Ait enim ille in naturalium priori libro rem præclaram; numero ſcilicet ſeptenario tam intima, quàm extima humani corporis includi; Septem (inquit) ſunt intra hominem, quæ à Græcis nigra membra vocant, lingua, cor, pulmo, iecur, lien, renes duo; Septem alia cum venis, & meatibus, quæ ſingulis adiacent ad cibum, & ſpirituum reciprocationem deſtinata; guttur, ſtomachus, aluus, veſica, & inteſtina principalia tria, diſſipium, menſenterium, hira; Septem ſunt quoque gradus in corpore, qui dimenſionem altitudinis ab imo in ſuperficiem complent; medulla, os, neruus, vena, arteria, caro, cutis; In aperto item ſunt ſeptem corporis partes, caput, pectus, manus, pedeſque, atq; pudendum; item quæ diuiduntur, non niſi ſeptem compagibus iuncta ſunt; vt in manibus eſt humerus, brachium, cubitus, vola, & digitorum nodi terni: & quia ſenſus eorum miniſteria natura in capite veluti in arce conſtituit, ſeptem foraminibus ſenſuum celebrantur officia, oris, deinde oculorum, narium, & aurium, binis; quare numerus hic toti fabricæ humani corporis inſertus diſpenſator vitæ eſt, & dominus. Sed ſanè Planetarum illam harmoniam ſpectare videtur, quod velut in magno illo Mundo Planetæ membra ſunt maxima, & præcipua, per quæ totius naturę peragitur miniſterium: ita in hoc paruo (qui homo eſt) membrorum ſeptenaria dimenſione reſpondent, vt inſtructius corpus ſit, & completius, quòd cum corpore cæleſti membrorum numero conueniat: quapropter iſta proportione mirùm alludente dominari in membra hominum poteſtates Planetarum ſingulas meritò aiunt Aſtrologi, de quibus inferius diſſeremus. Planetæ autem ſortiti ſunt qualitatum fortaſſe ea nomina, quæ ipſis tribuuntur ex effectibus, quos ex ijs in inferiora manare cognoſcimus; frigidiorem

atque

atque ſicciorem Saturnum facimus, quòd videlicet à terra remotiſſimus, vt primo Apoteleſmat. explicat Ptolemæus, ex terræ vaporibus minimè fiat humectior; ſi etiam Manilio primo Aſtronom. & Marco Tullio de Deorum natura credimus lib. 2. qui ſydera humidioribus cum Aegyptijs ali confirmarunt.

Ignem flatus alit, vicinis ſubditus Aſtris

Poeta Aſtronomus; ac Tullius *ſunt* (inquit) *ſtellæ naturæ ignea, quo circa aquarum vaporibus aluntur*; eadem confirmant Plinius 2. Hiſtor. natural. Seneca 6. natur. quæſt. & Plutarchus ex Stoicorum ſententia: eas quamuis rationes Auicenna libris de Cælo, & Mundo confutat; cui etiam Plotinus libro de Cælo fauet; Hinc Saturni eiuſdem colorem ad fuſcedinem nigricantem bili atrę congruum faciunt. Orpheus fuſcæ barbæ, qui color melancholiæ eſt: quapropter frigefacere, & exiccare pronunciant. Iouẽ & Venerem croceo, & albo radiantes colore tum calidam, tum humectam putant habere qualitatem, quæ vtraque natiuo calori communis eſt, atque humido radicali conuenit, ex quibus vitam maximè conſtare cognoſcitur: ideo Patrem Iouem, Venerem almam mythologi conſueuerunt appellare, quod ille ad generationem hæc ad alimoniam plurimum faciat; nec minus indè putatum eſt, Ioui pluuias aſſignari, ipſique Iunonem, hoc eſt aerem, coniugem tribui; aram certè pluuiam apud Hymettum in Attica fuiſſe affirmat Pauſanias; ſaneque.

Nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

hemiſtychium Tibullianum eſt à Seneca etiam recitatum. Venus autem ideo humida, atque calida perhibetur, quòd generationis ſit miniſtra, naturæue, & ſic Aproditis quod ſemem, hoc eſt adminiculum, ſit generationis albidum, ſpumeumque, eamque Doctiores ideo cum barba depictam (vt meminit Macrobius) à Veteribus fuiſſe putarunt; quoniam maſcula, fæmineaque regat inſtrumenta ad ſobolem propagandam idonea: ideoque eius ſuperiora cingulo tenùs maſculam prætuliſſe effigiem, fæminæ verò inferiora. Martem

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

autem æxiccare, ac calefacere immoderatè arbitrantur, prout etiam rubor Astri indicat, atque ob id maleficus ob nimiam caliditatem, veluti ob nimiam frigiditatem Saturnus aduersus censetur, eum itaque exustum Solis radijs sursum reflectentibus quidam faciunt, quamuis non placeat, cum Venus eadem, & Mercurius, immò maiori propinquitate cum Sole ambulantes, non vt Mars ipsi torridi sint; Siccitas itaque, & calor cum irritamento choleræ flauæ sint, huic Astro, ad rixas, bella, inimicitias tribuunt vim inclinandi. Equorum ipsum domitorem, vnde ei Hippio ara dicta apud Græcos versari, quòd inibi violentior eius vis appareat affinxere. Mercurium præterea ambiguæ naturæ describunt, vespertilionem syderum, versipellem, inconstansque eius sydus vocant, ac omnimodo huiusmodi, quale id, cui adhæserit: cum benignis benignum, improsperum cum improsperis: hinc ex eo, atque Venere Hermaphroditum fingunt genitum, ob Planetæ videlicet naturam, quasi mediam cum Venere in generatione: quòdque facillimè misceatur: ad quam naturæ cum cæteris mixtionem respicientes etiam Fabulographi ipsum Tricephalum appellauerunt, Trismegistumque dixere: non modò quia Physicum, Ethicum, & Logicum videretur in se fouere: sed quòd toti naturæ transfunderetur, essetque nempè marinus, terrestris, cælestisque; ob quam etiam rationem Nuntius Deorum apud Inferos, Superos atque homines credebatur. Hunc (quod soli adnexus semper sit) arefaciendi sibi potestatem adsciscere, humoris autem copiam à Lunæ vicina mutuare Apotelesm. primo Ptolemæus docet. Lunam denique aiunt calidam, & humidam existere, quòd & ipsa luminis copia, aeris adsciscat vapores quam maximos, excipiatque non minus à Sole caloris vim; eamque nunc magis, nunc minus fouere pro diuersa ad solem phasi, ex qua humor ille emanat, quem radicalem in generatione vocitant: vndè prodijsse fabellam de Endimionis amore putamus; cum quo quinquaginta Lunæ natos esse liberos Philosophica allegoriarum ratio pro ipsius fœcunditate demonstrat. Solem etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

etiam calidum, atque humidum, vitalem nempe fontem, vitalisque potentiæ arbitrum credunt: eamdem autem humiditatis qualitatem Solem ex vaporibus maris imbibere aiunt Astrologi Ptolemæum strategum sequuti, atque ex Porphyrio liquet; cum stellæ, atque omnis Aether humorem sursum attrahant, indè refundant, vt in placitis non modò Stoicorum in libello de Iside Plutarchus ostendit, sed notauit Lucretius lib. de rerum natura secundo, cùm inquit.

Cedit item retro, de terra quod fuit ante
In terras, & quod missum est ex ætheris oris
Id sursum cæli rellatum templa receptant.

Quod etiam Macrob. in vigilijs suis ad Somn. Scipio. doctissimis attigit. Planetæ igitur prout in locis principalibus figuræ Nati confluunt, dominanturque corpori suas qualitates insinuant, immiscentque; nec modò corpori, verùm animo ipsi, qui licèt syderum ab omni labe immunis ex se ipso sit: tamen ad conglutinationem subsequentium eum humorum infæcatur quodammodo, ac maculescit; quæ tamen vitia non ita infixa altius sunt, vt recidi à sapiente, prudenteque Viro extinguique non possint: cernimus enim diuersas corporum (quas qualitates vocant, & complexiones) crases, fermentationesque efformare, quæ nisi à syderum varia statione, confluxusque orirentur, neutiquam diuersæ, verùm semper sibi similes indistinctæque constarent. Satutnus enim gracili corpore, pallidum, turpiculum, melancholicumque Natum informat; Contra Iuppiter non staturosum; sed aptitudine corporis formosum, album cum coloris quadam hilaritate componit. Mars autem rubris oculis, siccum, incessu violento hominem facit. Venus colorem album cum rubedine mixtum Nato exhibet, venustos oculos, decoram faciem, formosum collum, maxillas affatim repingues. Mercurius tenue corpus, macram imaginem, ac exercitatum literis vultum, pallorem, ad viredinem tamen deflectentem, supercilia inter se nexa, passus in gressu minutos. Sol colore flauo, albicantibus oculis, fronte itidem alba, & formosa, au-

reo capillamento, in vltima vita reddit recaluescentem. Corpulentum Luna, album, rotunda facie, pulchra corporis compositione. Membrorum autem mutilationes, vitiaque corporis pro qualitate Planetæ à maleficis stellis afflicti promi obseruantur; nec non qualitate significationis, & dominij ipsius Planetæ: Mercurius quippe (cui lingua tribuitur) si à Saturno improsperè exceptus sit, traulismum, aut batrachismum, aliaque oris vitia ob Saturni frigiditatem, quæ fauces nimiùm humectat, imponit. Venus quæ generatiuæ virtuti præest, si Marti, aut Saturno incommodè misceatur, vim suæ facultatis impedit, & sterilitatem adducit; cum illa vis prolifica vel à nimja Martis caliditate aboleatur, quæ semen infæcundat; vel à frigido Saturni temperamento (quod noxium calori generatiuo est) opprimatur. Sol, & Luna Planetarum maximè regunt oculos, ac proinde, si à Saturno, Marteque affligentur, oculorum impedimenta, & vitia indicant, prout obseruatur; atque ita in alijs Planetis accidere constat. Itidem ipsi Planetæ corpori temperamentum conferendo ad quamdam certi generis morum propensioné conferre creduntur, quæ à temperamentis generatur; Ob siccitatem Saturnus, & frigiditatem perseuerantiam, & constantem imaginationem tribuit. Ob temperiem maximam Iuppiter bonitatem, pietatem, simplicitatem. Mars ob qualitates in se intemperatas, iram, crudelitatem, audaciam, fortitudinem insinuat. Ob humiditatem Venus, luxus, amores, mollitiem, mores tenues, prædulcesque. Mercurius ex motuum inconstantia, instabilitatem, vicesque animi dat, prudentiam, astutiam. Luna ob viciniam terræ celeris motus volubilitatem mentis reddit. Sol quia omnium Planetarum est dominus, magnæque Cæli domus Oeconomus appellatur, dominatus, ambitionem, superbiam, autophilian, idest sui ipsius amorem, infundit. Iidem etiam, quia corpori temperamentum distribuunt mores diuersos præbent. Cholerici enim (in quos Mars dominatur) contentiosi apprime sunt, vindictæ cupitores, impetuosi, mutabiles, periculis

culis

culis se obijcientes, præualente scilicet siccitate, & caliditate. Sanguinei (quia in eis calidum, & humidum Iouis, & Veneris regnant) hilares fiunt, fideles, moderati, pacifici, non mendaces, non gerræ. Melancholici, qui ex Saturno frigido, siccoque qualitates corporis attrahunt: profundæ sunt cogitationis, à commercijs alieni, superbi, inuidi. Phlegmatici, frigidi, humidique ex Luna pusillanimes euadunt, tardi, segnes, stupidi, hębetes. Ex stellis etiam fixis qualitates tam in corpore, quàm in phantasia iuxta Planetas (cuius sunt naturæ) eueniunt; calidæ calefaciunt, & sic reliquę, pro cæteris, quibus vigent temperamentis, diuersimode operantur; & sic obseruamus inclinare ad mores graues, & magnanimos Regulum, quod de Iouis, & Martis natura sit. Spicam Virginis ad suauitatem morum, quippe quæ de natura Veneris, & Mercurij est. Cor Scorpij sicarios, crudelesque excitare. Insinuare Pallilitum animum militarem, quia cum Marte, & parum Ioue conuenit: & sic non minus reliqua fixa sydera influxibus inclinare; sic quoque ventorum mutationes ex fixis, & Planetis vnà variè cocuntibus generari; immutari aerem denique, idque Occasus, & exortus fixarum causa, ex qua omnis fęrè temporum oritur immutatio, vt in tractatu diximus loculentissimo.

Astra influere in corpus humanum maximè tempore generationis. Cap. VII.

SEd age, qualitates actiuas, passionesque communes ex elementis ex Astris insinuari tam in vniuersum hominum genus, quàm in indiuiduum singulum pergamus ostendere. Ptolemæus magnæ suæ Compositionis 3. Asiaticos prodit esse castos, continentesque, quin, & vestibus præcipuè moderatos, quod facit (inquit) Saturni, & Iouis optima cōplicantia; Firmicusque Asiaticos (inquit) plurimos videmus, ac pęnè omnes sobrietatis præferre insignia; ponitque Firmicus, easdem, quas Alexandrinus Astrologus causas; ex Pla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tonicis quippe licet arcanis eruere è varijs Cæli locis, stellarumque aspectibus crases, seu contemperationes generari: non enim (cum eadem sit terra omnis) differentiam ita propensionum hominum gigneret, nisi syderum diuersa natura id fieret: sic enim perspicimus ex Historijs consuetudinem populis inditam variam: Citharedicam Mithyleneos exercuisse, Tibiarum modulis delectatos fuisse Thebanos; statuaria Athenienses; Crotoniatas pictura excelluisse: Alexandrinos Medicinam Artem, Grammaticam, Geometriam, Philosophiamque esse commentos; Arcadas culturam agrorum initiasse; vndè putamus apud ipsos Lunam fuisse ortam fingi; quippe quæ culturæ plurimum valeat; ac proinde Megarensis Apuleius populorum mores designans; eruditos appellat Aegyptios, Iudæos superstitiosos, Nabathæos mercatores, atq; hinc Arabarcham pro mercaturę loco deditum descripsit Pōpeium, siue Antonium ad Atticum amiciter Cicero; fluxos vestium Arsacidas; frugum pauperes Scythas; odorum diuites Atabas: quæ etiam omnia in indiuiduo, vt diximus, locum habent; cum ex structura corporis varia humorum compagine, glutinique sanguinis congestione ij resultent demum mores, qui humoribus veluti parentibus suis filij congrui sint; hinc ex vultu, & colore Socratis, ariolus ille apud Xenophontem Philosophi intimam coniectatus est naturam; quæ etsi etiam in deterius ex se ipsa vergebat; Attici illius senis tamen prudentia, vt ipse redarguit, atque consilio emendauit: ex humorum namque viribus cum corporum constitutiones sanguineæ, vel melancholicæ, biliosæ, vel flegmaticæ producantur; pro earum etiam diuersitate mores diuersos in homine oriri probat pluribus Galenus; quod etiam oculatim videri contingit: nam cum ex calido, siccoque temperamento quempiam construi adnotamus, hinc etiam experimur iracundia feruidum, audacem, impetuosum, & qui (vt Flaccus ait) nihil non arroget armis; & sic frigida, siccaque humorū societate constare si alium videmus, statim ipsum hircosa de gente philosophorum, de incurvi ceruicum pecore, seiunctū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ab omnibus, melancholicum versari secum tantùm experimur; & sic reliquos, qui concursu humorum varium nacti sint, ea esse natura, quæ ex illorum processerit fermentatione: Diuus itaque Thomas *3.* contr.gent. cap.85. ac acutissimum acumen illud ingeniosum Scot. 2. sent. dist. 14. Stellas per naturam operari in nobis fatentur, nostrumque animum inclinare, non quòd illum deprimant: sed vt ex ea lucta impellentium hinc indè syderum ipse erectior euadens dignior æternis bonis existat, palmamque imitetur heroicum arborem, quę vbi ventorum pondere ad terram vertice supinatur resilit statim excellior, aut ægri exemplo, qui exæstuantibus febre venis irritamenta sitis si eludit sanitati litat, ardoresque spe profuturæ tolerantiæ temperat: in quam etiam sententiam Damascenus ipse lib. 2. cap. 7. pedibus proficiscitur, alijque, qui Planetas prout configuratione inter se varia, varia etiam occursacula efficiunt hominum, diuersas etiam crases, complexionesque, populorumque ritus; & aptitudines generare fatentur: Sed Aquinas iterum Doctor ibidem; *Verum est* (inquit) *quod Ptolemæus propos. 38. Centiloquij dixit: quod Mercurius fortis in domo Saturni fuerit, bonitatem intelligentiæ medullitus in rebus significabit*; Astra posse esse causam nostræ prauæ, aut bonæ voluntatis, cum si sensus fuerit benè ordinatus voluntatem ad benè eligendum moueri constet; si malè ordinatus ad malè operandũ. Idem Doctor prim. secundæ quæst. 116. probat cum inquit, *plerumque Astrologi verum dicunt in iudicandis hominum morbis: pauci enim sunt, qui sensibus resistant:* à qua doctissimi discipuli opinione Magnus Albertus in speculo non abfuit; vbi animum nostrum deflecti ad ea, quæ ad humanam voluntatem pertinent; non quod Astris subijciatur: sed quatenus corpus syderibus (cui ipse adhæret) submittitur, docet; ita etiam Scotus 2. sent. Stellas actiones habere, & dominantes in elementis, mixtis, animatis, & inanimatis corporibus; quod etiam omnes Patres, ne singulos in calamum vocem, fatentur; cum non ideo imponi animæ nostræ iugum syderum vllum concludant, extorqueri-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

que voluntatis è Dei manibus, penes quem vnum sunt, habenas, vti Panormitano placuit, qui stellas profert inclinare ad vitia, & virtutes, nec esse id credere inreligiosum, impiumque testatur; ac sic de infirmitatibus, valetudine, & morte posse aliquem decretoria conflare iudicia; idque bonis Astrologis tribui: quod non aliter dictum puto, quàm, vt quosdam egregiè imperitos ab aditu tam claræ scientiæ, vt profanos arceret, qui vix artis pedi libato limine putant se in Mopsi peruenisse famam, cumque Ptolemæo posse concurrere; quod signa videlicet; quod domos duodecim Cæli nouerint; cum sanè si Phætonti, aut Icaro genesim rogati erigerent vix Planetam illis exitialem reperirent. Posse itaque iudiciariam hanc facultatem super valetudine concedi, concedit ipse; itemque Caietan. in sum. non repugnat; alibique D. Thom. quam præcitatis locis insinuat: nec, Hipponensis minus Doctor: *Videmus enim* (inquit) *tempora variari, Lunæ augmentis, & decrementis quædam rerum genera, augeri, minuique; voluntas autem animi syderum positionibus non subycitur: sed inclinatur*; & de generat. 2. D. Thom. itidem significat cælestium domorum duodecim declarat, demumque; *qui* (inquit) *sciret virtutes Cælorum, & Stellarum in eis positarum, dum res aliqua nascitur posset quantum est de influentia cælesti iudicare de tota vita illius rei generatæ; licet hoc necessitatem non imponat, & possit impediri per accidens*: quæ verba D. Tho. cum latius quàm decretoria iudicia in ægrotationibus, ac in ortu hominum significent, in qualibet anima animata; immo in apsicha ipsa hoc est in domos, templa, villas, arces, cùm fundamenta stato sidere iaciuntur, protrahi probabiliter possunt: atque his adductis sic in corpus astra agere liquet; quod cum humorum quadripartita serie, magnoque illo quatuor elementorum viratu componatur; facillimè in se superiorum corporum dominatum patitur, suscipitque; quod hoc omne in tempore conceptionis fieri putant, cum videlicet mixtæ semini qualitates elementorum, siderali, ac cælesti spiritu fomentatæ effigiantur in infantem; causasque tunc

tem-

temporis addunt, quod mirabili armonia, syncronicèque confespondeat cum tempore Natiuitatis conceptionis momentum, pateatque: nam vitia corporis, vt cæcitas, claudicatio, gibbositas, aliaque informia accidentia cognoscuntur ex thematismo Natiuitatis; quæ non est generationis principium, cum cæcitatem a principio generationis fieri satis clarum sit; prouenit autem hoc ob maximam temporis conceptionis, & Natiuitatis interse communicantiam, conuenientiamque: quod ex eo etiam patet, quia locus Lunæ in conceptione est Ascendens Natiuitatis, & locus Lunæ in Natiuitate est Ascendens conceptionis, & Horoscopus. At in omni generatione, conceptioneque Planetarum etiam singulatim dominatum, & vim distribuuut, & vnicuique mensium, quibus fœtus gestatur ex errantibus vnum imponunt; quod ex figura conceptionis erecta elucescit. Primo itaque mensi conceptionis Saturnum præesse faciunt, qui si fortis, in suis dignitatibus (vt aiunt) est; semen ab vtero receptum optimè, faustèque disponi, componique in fœtum significat, leuissimam vteri gestationem, felicem, non prægnanti dolores, non ægritudines, nauseamque turgescentium humorum, cæteraque quæ onustis fœtu accidunt declarat; In Iouis, aut Veneris dignitatibus Saturnus tunc temporis, vsq; ad partum hilaritatem, gaudia, & optimam præbet valetudinem. Si verò in Martis finibus, vel alijs dignitatibus fuerit gestationem mulieri incommodam, turgescentiam, tormina, fluxus menstruos, nauseam, ægritudines minatur; in Mercurij dignitatibus fœturam in vtero inquietatam, desultantem per viscera, eaque commouentem, instabilemque commonstrat. Secundo Iuppiter imperat mensi, qui semini dat incrementum, iacitque fundamenta sensus; atque in suis dignitatibus potens embryoni dispositionem ad leges humanas diuinasque rectè intelligendas imprimit; quas in lucem deinde effusus Infans sapienter, & commodè retinet: In Martis idem desideria succendit rixandi, naturamque Martialium curarum irritat. In Veneris ad Venerea excitat,

iocos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

iocos, luxus, illecebras commodat: sed verò rethoricam, eloquentiam, sermonis cultum, psaltriam, cytharedicamque communicat. In Mercurij viribus mellea eloquentia Natum honestat, verborum nitidam suppelectilem, amænitatem sermonis largitur: idem in dignitatibus Saturni exceptus ad mores benè compositos, absolutosque inclinat, prudentiam, stabilitatem, consilia optima insinuat. Tertio mensi dominatur Mars calorem foetui adaugens, & ad motum præparans; is in dignitatibus suis audaciam, iracundiam, se efferendi ad dominium, cupiditatem & deprimendi cæteros solertiam infert; In Saturni reddit ad bellum grauem, ac hostem permanentem. In Iouis validum, fortem, non temerè præliantem, ac qui non nisi auspicato, grauique causa, bellis, & rixis se immisceat. In Veneris Zelotypum libidinosum, cui libidinis causa morbi vt plurimum contingant. In Mercurij verò sagacem, & qui ob calliditatem reliquis formidolosus sit. Quarto mense Sol dominus potentiæ vitalis corpusculum in vtero complet, fortisque in dignitatibus proprijs membrorum omnium perfectionem, virtutesque animales significat, easque quibus super alijs dominatur; In dignitate Saturni magnis viribus decernit Natum, sed timidum, solitarium, iniuriasque pati solitum; indeque vulgo parùm in existimatione habitū. In Iouis, authoritatis summæ natum, consilij optimi, sub cuius auspicio tota omnia pacis serenitate conspiciantur. In Martis magnanimum; audacem, vim cæteris inferentem, qui diuitijs authoritatem sibi comparet, honorum candidatum, in ambitu euigilantem; In Veneris pulchrum, fortem: verùm ad recipiendas scientias pænè ineptum, cui rudi luto (vt dixit ille) finxerit præcordia Titan. In Mercurij verò è contrà sapientem, disertum, animo facilem ad congrua percipienda, ingenij solertia, artiumque gaudentem, qui literarum plurimùm, librorumque amore capiatur. Quinti suscipit dominum Venus, quæ in suis viribus constituta futurum Natum innuit pulchrum, lætum, adspectu facili, & comi: In Saturni dignitatibus corpus tenue, ac macrescens facit, caput crispum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ſpum, præanguſtis temporibus, crebris valetudinibus obnoxium, & itineribus inquietum. In Iouis, procerum, craſſiorem, pulchrum, caſtum, hilarem, ſapientem. In Martis, flauo capillitio, oculis varijs, iram non cohibentem. In Mercurij, macra imagine, maxillis prælongis, rotundis oculis, mendacem, rabulam, libidinoſum, aſtaurum. Sexto menſe Mercurio ipſum regente membra diuiduntur in vtero, ſeparanturque ob Mercurij ipſam naturam, quæ motu præcipuè erronea eſt; hinc in dignitate propria eloquentiam confert, ſciẽtiaſque à ſecretis, amanuenſes, notarios facit, ad ſuadendum cæteris, commouendoſque oratione animos promptiſſimum Natũ exhibet. In Saturni, lingua balbutiente captũ, nodatumque; acuti tamen intellectus, & docilem. In Iouis, ſapientem, multifariam in ſcientijs ratiocinantem, cyclicæque (vt vocant) doctrinæ peritum, omniumque horarum hominem. In Martis, prauos inculcat mores, propenſumque ad furta, & dolos facit, gypſatis manibus, & ſpartana, ægyptiaquæ facilitate furacem; quin mercatorem, ex quo putant ei Mercurij nomen à Romanis inditum. In Veneris, manſuetum, eloquentem, plura ſcientem, ſciſcitantemque, ciuilem, & humanum; quod vt exprimerent Veteres, Mercuriũ iuxta Venerem collocare in nuptijs ſolebant, (vt ait Plutarchus) vt indicarent Ciuitates apprimè nuptijs, & ratione, aptoque ſermone indigere. Septimo menſe Luna fœtum perficit, hinc Lucinam (quæ eadem cum Luna eſt) præfectam parturientibus Antiqui credebant; quod Luna nempe fœtum abſoluat, vt hìc docemus. In dignitatibus beneficiorum Luna, ſanum Natum, proſperum, ac morbis paucis deſignat obnoxium; è contra in maleficorum valetudinarium, & imbecillem. Octauo menſe, qui ſequitur, quia rurſus ad Saturnum reuertitur dominatio inproſperos fieri partus coniectant, donec tempore in nonam iterum recurrente ſtationem ad Iouem redeat numerus, qui beneficio ſui ſyderis fætum confirmat. Veteres tamen Poetæ cum Heroa naſcentem faciunt plerumque decimo eum menſe Natum deſcribunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

bunt, reuoluta ſcilicet ad Martem poteſtate fœtus, qui ſtrategus eſt, & pugnans; quamuis & in popularibus Terrentius Adelph. act. 3. Scen. 5. id recenſeat. Quam Planetarum menſiumque in generatione partus ac incremento rationem in plantas, viliorisque animæ ſubſtantias mythologi curiosè non ineleganter apud Veteres deduxere, quadam ad fætum humanum ſimilitudine, & non ſine, vt puto, quapiam ſyderum diſtributione latente, atque inſita; author enim Auguſt. de Ciuit. Dei quamuis Deorum præfecturas in plantis, & ſegetibus, earumque partibus inſectetur: vim naturæ tamen in illis ſub Deorum cortice includi haud negabit: nam in ſpicilegio Varronis Proſerpinam (quæ eadem cum Lucina, & *Luna* eſt) dicebant Theologi frumentis præpoſitam germinantibus; geniculis verò, nodiſq; culmorum Deum Nodinum; inuolucris autem illis, & putaminibus folliculorum Deam Volutinam; cùm folliculi pateſcunt quò exeat ſpica Deam Patelenam; cum ſegetes nouis ariſtis exequantur Deam Hoſtilinam; quia hoſtire, & hoſtimentum Antiquis exæquationem indicat. Floram quoque adijcit; Lacinamque, & maturam; non matutam (vt ab alijs legitur) quia florentibus lacteſcentibuſque, & matureſcentibus præeſſent frumentis; quæ omnia cum faciant ad ſuperiora, ideo duximus hoc loco adducenda. Cæterùm ſunt qui non perperam ab Homero mentis illo Lynceo fictum autumant in Achillis Clypeo Aſtra, Vulcanum, cęlatura variegata, cælumque exculpſiſſe, quando id ſcriptum putant vt Poeta oſtenderet Clypeum humani corporis eſſe ſyderum poteſtatem, è qua riuulos ſuarum virium ducant elementa: ſiue vt cognitis nempe per eam periculis ſubterfugiamus diſcrimina: cum præterea ſydera ipſa fortem, validum, egregiumque reddant hominem, qui ipſorum felici influxu muniatur, inquit Homerus è Pallio ad Togam conuerſus.

Huic clypeo terram inſculpſit, pelagumque, polumque,
Perpetuum Solem, Lunæ ſimulachra nitentis
Omniaq; aſtra ſimul, tempeſtiferumque Oriona,

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Et quam plaustra vocant Vrsam, quæ vertitur axe
Semper, & ensiferum circumscripsit Oriona,
Et sola Oceani cælo non mergitur vndis.

Corporis enim vegetatiui naturam in eo clypeo designat Homerus; eum triplici circulo illustrem facit, vt ad vegetantis animæ munus triplex spectet: Diuus enim Thom. ad 2. Aristot. de anima librum, & ex Philosophi eiusdem sententia Themistius, inter vegetatricis animæ munera ordinem haberi quidem ternum authores sunt: nam munus primum nutricatio sanè est, qua seruatur corpus; alterum, quod perfectius valet, augmentatio dicitur; tertiumque perfectissimum, ac finale, quod generationem continent, qua aliquid iam quasi in se ipso perfectum existens alteri præstat vt sit: at quia quinque tantummodo sensus corporis sunt, quinque plicas in Achillis scuto, seu mauis laminas faber circumdedit, non septem, qui numerus in gyris clypeorum consui solitus est; vt in Aiacis illo, Hectorisque Vates posuit: Aristoteles enim de part. animal. lib. 2. sensus quinque solummodo à corde principium docet sumere, ipsosque esse tangendi, gustandi, olfaciendi, audiendi, videndique. Argenteũ verò lorum, quo sustinetur clypeus bona sunt humana, sine quibus corpora ali, sustentarique non possunt; potuit & alia mens esse, cum hæc fingeret, Homeri, vt pote intelligeret curandam esse homini cælestium, diuinarumque rerum contemplationem, vt indè felicitatis flumine irrigetur hoc ergastulum, in quo veluti in pistrino laborat cælestis anima; suppedaneum quando Theologiæ est cælorum contemplatio, atque Atheistarum præcipua confusio; quapropter in suo de Consolat. lib. 4. egregiè cecinit Boetius.

Si vis celsi iura tonantis
Pura solers cernere mente
Aspice summi culmina Cæli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Itidem Syderum alij in rebus potestas?
Cap. VIII.

SEd, ad Medicos etiam, Astrologosque spectat, habetque inter ipsos commune negotium de ijs parum dicere, quæ mixta à Philosophis appellata, sydus sibi singula particulare discretumque adsciscunt; nec tamen vt longiores simus: sed vt syderalem in hæc nostra terrena quammaximè implicitam adnotemus: D. enim Thom. Auctor est in 3. contra gent. volumine, herbas, lapidesque mirabiles quasdam cælestes vltra elementarem virtutem nansciſci vires, sicut hominibus idem contingit in eximia excellentia bonitatis, virtutisque poni; quo super Platonicorum ingeniosa solersque subtilitas ita fęrè ratiocinatur: corporis scilicet nostri partē quamlibet siue extimam, seu mauis intimam vt agat, moueaturque ad aliquid operandum ab anima vim suscipere, nec quid esse in corpore à munere aliquid operandi vacuum; eadem ratione in Mundo, membra omnia ab ipsa Mundi anima impleri, proindeque (inquit) lapillorum, herbarum, metallorum numquam spectata satis vtilitas, potestasque apparet; quòd ab anima illa Mundana maximè vim suscipiant, singularemque consequantur potentiam; non verò potius ex syderum confluxu, quo vegetant ista, ac substinentur, dicemus vim trahere, occultoque, ac seminali quodam robore præualere, eoque inter cætera quædam mixta excellere quòd nobilioris syderis naturæ sint congrua, ac defæcatiora: Soli quęcumque heliotropia sunt, hoc est ad Solem vertuntur, accensent, item aurum, auripigmentum, chrysolitum, carbunculum, myrrham; Ioui Argentum, Hyacinthum; sic etiam cæteris Planetis herbas, lapidesque pro suæ naturæ qualitatibus indidere: quapropter cum mundana anima (inquiunt Platonici) nostram medijs elementis, mixtisque in corpore substineat, ea corpori alicui mixta Medici applicanda præcipiunt, quæ naturæ corporis non rapugnent: hac enim adse-

uerant

uerant Mundum, hominemque constare concordia; obseruatum itaque est Peoniam collo appensam Comitiales adiuuare plurimum; Polypodium atram purgare bilem, timorem Corallo pelli; quod hæc omnia beneficis Planetis destinata sint; ocymum obdurare fatetur Plinius arcana natura contra verbera seruientium scapulas; ita vt se percuti non sentiant, cum luunt de corio negligentias famulitij; idque syderis certè ratione, quod succum illius herbæ insigniat, quãdo elementaris non sufficit ratio; tetigit id etiam Persius obscurissimè, cum dixit.

— *pannucea Baucis*

Quæque benè discinto cantauerit Ocyma vernæ.

atque ideo adductum à Poeta est; vt morem ostenderet Veterum opinionis, qui crederent à viticibus esse quempiam, ac à dolore verborum immunem, qui ocymum vino dilutum sorbitasset; quem locum cuncti adhuc interpretes dum enunciant, mirè ineptiunt aliter repetenda. Syderis alicuius quoque rationi, & illud accensendum est, quod de Paphiæ Veneris symulachro Tacitus in historijs retulit, quod sub dio imbre cùm depluit non madescat; cum Lapis fortasse ille prę insigni arcano à pluuia muniatur, repellaturque vnda; quomodo, & alios in aquæ medio scimus ardescere: idem tetigit sed corruptus Iuuenalis.

— *epotaque flumina Medo*

Prandente, & madidis cantat, quæ Sostratus alis.

vbi haud madidis aris si legas Taciti historiam agnosces, locumque aperies nulla adhuc explicatione Scoliastum emollitum; cum idem ipse Sostratus Poetæ, atque illi Historici sit; vterque enim verbositatis nota arguitur. Putandum itaque est cum lapilli syderales virtutes recipiunt, annulos non à characteribus, sed à lapidum excellentia induere miranda. Sanè septem annulos septem stellarum nominibus insculptos, ac Apollonio Tianeo à Iarcha Indorum Regulo donatos Damis recitat, Iarchæque auum illorum ope annum centesimum, trigesimumque excessisse; quo etiam munere Apol-

lonium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

lonium centesimum attigisse: atque talem Gygis illum Lydorum Regis fuisse dicitur, quem si homo ad palmam conuerteret à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; vt apud Glauconem Platonis sermocinantem cum Socrate habetur; licèt hoc fabella potius haberi possit: denotetque Gygem interfecto Rege, abrepto ipsi anulo mox regno potitum, Reginæque stuprum illatum; sicut de Caligula, qui nondum mortuo Tiberio anulum extraxerit commentum ab Historicis est; qui anulum signatorium intelligunt: Philostratus tamen (cui quantùm credendum sit nescio) esse in India Dracones refert, quorum capitibus insint lapilli specie, aspectuque florido, ac lucido miris potestatibus; atque ipsis anulum testatur Gygis refertum, idque constantem apud Orientis populos esse opinionem. Thebith certè Philosophus maioris, quam nominis scientiæ ad effectus miros syderalem scientiam adhiberi posse putat, captaque stellæ virtute accipi iubet lapidem, herbamque stellæ subiectam, mox & anulum conflari siue aureum, siue argenteum velis, cui lapillum indas; idque verò auspicatè fieri præcipit stellam Luna subeunte, aut spectante aspectu Trino, vel Sextili: stella verò Cæli medium percurrente, aut in ascensu constituta. Est & præterea mirum illud, quod etiam literis mandatum est, Leonem huius tituli Pontificem Decimum gestitasse anulum, cui esset indita gemma phæi coloris, in qua macula candicanti corniculo Lunam imitaretur, & cursu quoque, quandoquidem siue Planeta insinuaretur in globum, siue decresceret implebatur macula, vacuabaturque; lunationem, phasimq; sequuta syderis: ex quo colligimus selenitropia, idest versantia se ad Lunam reperiri inter mixta, sicut helitropias gẽmulas: Vidi enim ipse apud hominem, penes quem lapillus erat gemma huiusmodi, in qua luculenta nubecula Solem sequeretur: nam modò surgere ex Orizonte lapidis modò interire; modò culminare, subiciq; cernebatur; ea ratione qua gnomon rostro per lineas horas indicat; meminique me consulere dominum, vt in Horologij linearis imaginem lapidem

effor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

efformaret; vtereturque macula pro indice Solis. Simile Iulium Pontificem illius nominis Tertium habuisse miraculum, Septimumque Clementem scio; Quorundam verò aliorum lapidum ideo occultam puto naturam, nec à naturalibus percipi posse, quia ipsam non à Planetis præcipuè; verum à fixis syderibus mutuantur, vt in Magnete palam est, qui lapis Vrsæ syderis proprius ideo est, quia constellationi illi subnititur.

Ex figura Cæli hora Natiuitatis erecta accidentia corporibus humanis contingentia auspicari peritos. Cap. IX.

IMpressæ in vtero fætui corporeæ qualitates elementorum actiuæ, passiuæque, ac dispositiones variæ ope demum Naturæ Maximæ, & vniuersalis in ortus momento fiunt nobis euidentiores; ex Zodiaci signorum casu in Horoscopo, seu linea orientali, diuersaque tam Planetarum, quàm fixarum stellarum certis cæli mansionibus collocatione, eorumque varijs aspectibus, aut coniunctionibus communicati influxus in humanum corpus, qui rarò, vel nusquam, nisi post mortem delentur, nobis innotescunt; singulaque, quæ tam circa corporis, quàm animi qualitates, quæ à corporis temperatura dependent, prospera siue aduersa accidunt, pro beneficarum, maleficarumque stellarum dominio; & propterea in locis figuræ cælestis potioribus: hinc debilis constitutio valetudinibus obnoxia, imbecillisque est infantibus, Saturno, & Marte congeriem humorum quatuor æquilibrem diuellentibus; sanaque & valida fit quoties debita humorũ concinnitate potentiæ vitalis, naturalis, & animalis à Ioue, & Venere fouentur. Cæterum sicut in egressu Nati ex vtero hæ variæ dispositiones colliguntur, sic eodem temporis natalitij momento ex vertigine, & rotatu Primi Mobilis pro varia distantia angulorum figuræ cælestis à Planetis, & Planetarum inter se (motu scilicet eius Primi Mobilis) impressa remanet dispositio productionis effectus prosperi, siue ad-
uersi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

uersi in eadem figura significati, certum temporis spatium pro quolibet distantiæ gradu tribuendo Astrologorum experientia comprobatum; & annum, nempe solarem. Astra igitur, quæ hominum corporibus vitales actiones insinuant, dominatum in ipsorum vita obtinent, eamque ad finem vsque (influxu præualente) deducunt, dissoluuntque; cum par, congruumque rationi sit, vt quemadmodum vitales cursus suo radiorum rore fæcundant, eosdem aspectuum incommodo abrumpant: sunt enim ortus, interitusque causa; quod geminę portæ descriptione Cancri,& Capricorni adnotarunt Platonici; & in naturalibus non prætermisit Macrobius: fitque interitus sublunarium: Saturni, ac Martis ex contrarijs qualitatibus calori substantifico (vt minus latinè loquar) diritate, qui si ex albo Planetarum delerentur (ait Hermes) æuiterni essent homines: hinc veteres Saturnum suos filios etiam vorasse fabulantur, euasisseque Iouem pro filio helluoni porrecto lapide, legiturque obligari illi solitum vinculo laneo pedes: ita enim compesci eius naturam suspicabantur vt nempe tardissimo pede properaret ad fata; hunc Planetam præterea à Ioue vinctum faciebant, apud Plutarchum in Septentrionalibus Insulis, vt ostenderent hac fabella Saturno à Ioue vim adimi, catenarique ferociam malefici à benefico sydere. Supplicabant ipsi retecto capite contra cæterarum supplicationum vsum; quod ideo factum puto, vt ostenderent morbum Planetam; cum capitis nuditas apud Antiquissimos pro insalubri habitu reciperetur; generetque capitis retectio præcipua morbos; cum velatio eosdem arceat: vndè putant Hippocratis imaginem cum Pileo ideo excultã reperiri; vt illo vmbraculo edoceret capitis esse contegendam partem, quæ focalijs galericulisq; benè fota morbos arcet; secus aperta, & sub dio aereæ prauitati exposita. Eidem præterea mactabantur ad aram pueri, vt apud Tyrios, Carraginensesque vnius seminis populos actum est: quippe quod cæde, & interitu gaudeat Saturnus, Mars autem (& ipse prauæ constellationis minister) humanæ vitæ obnoxius perhibetur:

hibetur:

hibetur: hinc illi October mensis à Veteribus assignari creditur: cum eo mense annus incipiat ægrescere, & recedente in Tropicum Capricorni Sole, plantæ effetæ, virgulationesque languescant: mensibus enim singulis suum præfecerunt Numen Antiqui. Ianuarij Pontificium habere Iunonem: Februarij Neptunum; Martij Mineruam; Aprilis Venerem; Maij Apollinem; Iunij Mercurium; Iulij Iouem; Augusti Cererem; Septembris Vulcanum; Octobris Martem; Nouembris Dianam; Decembris Vestam. Sed ad lineas, gradusque redeamus. Non contingunt ægritudines, nec sanantur nisi ope superiorum causarum; sicut nec mori quempiam absque supera adueniente causa, probant Astrologi: vnicuique enim (dum mori iussum est) locus in cælo aliquis Vitę destinatus ad alterum meleficorum impingit; quod etiam in cæteris in humana natura conspicuum est fieri: insitum enim est stellis à Deo, vt sint signa ad significandum, additamentumque exhibeant secundarum causarum in ijs, quæ futura omnino sunt, vt Origines explicat, *Cælum enim* (inquit) *instar expansi libelli est, notis syderum omnia futura in se scripta continentis*: vnde Iuuenalis.

——— Distat enim, quæ
Sydera te excipiant modò, primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.

Quintus Curtius lib. 5. *Errant, quibus forte temerè humana negotia volui, agique persuasum est: Ego quidem* (inquit) *credidederim certa constitutione, nexuque causarum superiorum partim latentium, partim euidentium suum quemque ordinem ab immutata lege percurrere; Deo tamen hæc pro arbitrio suo consentiente, & permittente*; nec aliud videtur Tacit. velle lib. 3. Annal. cum de latente fortuna Claudij narrat; nec ibi cum de Marco Lepido lib. 4. agit. Persius adstipulatur Satir. 5.

Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum,
Saturnumque grauem nostro Ioue frangimus vnà.

Sed quia hìc tantùm rem leui digito tangimus, nec puteus iu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

dicialis doctrinæ cedendus nobis eſt; cum alibi in noſtris ad Ptolemæum Quadripat. Commentarijs hæc vberimè tractentur, non Poetarum calculo, ſed in arte peritorum, ſic in pręſentiarium ſufficiant. Pro vita Nati ex ſchematiſmo ſyderalium concurſuum cognoſcenda, momento exitus fæturæ ab vtero cæleſtis figura erigitur; cælumque in plano delineatur; qua deinde ex Ptolemæi doctrina, cæterorumque diuinantium, Vitæ prorogator (vt aiunt) qui ſit, reperiri oportet, qui Hylech dictus Arabum more, Græcè Apheta nuncupatur; vt pote qui tamquam è carcere ad curſum vitalem alicui ſtabiliendum exeat; cum ſint in Cæleſti orbe loca quædam, Græco nuncupata vocabulo Aphetica, carcerum imagine quadam, quas vocant Apheterias; dicique autem ita ideo affirmant, quoniam indè vitalem auſpicemur curſum; ſicut annorum diſtributiones è ſeptem ad ſeptem Aphetas vocauere; quod ex eo Aphetico tempore quodam veluti afflatu pro curſu in Vita elargiri putant, perinde ac è linea certantes emittuntur quadrigæ. Sunt verò Aphetæ ex Ptolemæi obſeruationibus Sol, Luna, Horoſcopus, Pars fortunæ, & prędominantes prædictis locis erraticæ ſtellæ; ex conſtitutione itaque Aphetæ, eius robore, aut debilitate, aſpectibus, coitu cum Saturno, ac Marte, cum beneficis Ioue, & Venere, vita breuis, longa, ſana, debilis, infirmaque percipitur. Hinc Aphetæ dum rotatu Primi Mobilis occurrit maleficus, vita abſcinditur, niſi præſto ſit beneficorum aliquis. Ordo eligendi hunc Aphetam, ſeu vitæ prorogatorem hic eſt. Si natiuitas ſit diurna Sol erit Apheta, niſi tamen in octaua, aut duodecima domo fuerit repertus, verùm in 10.11.9.7.& prima non diſtans ab Orientali linea plus gradibus vigintiquinque in Aequinoctiali, quæ loca dicuntur Aphetica, ſeu Hylegialia. Si in octaua, vel duodecima Sol fuerit, inueſtigandum tunc eſt, ſi Luna fuerit in Apheticis locis; nam tunc ipſa Apheta eſt. Si Luna fuerit ſub terra, vel in octaua, aut dodecima Apheta erit Planeta ille, qui plures dignitates obtinet in locis Solis, Aſcendentis, Lunæ, & oppoſitionis, vel

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

coniunctionis præcedentis Natiuitatem; qui si non erit idoneus, accipiendum est Ascendens, & linea Orientalis pro Apheta, & vitæ significatore. In nocturna genitura, Luna posita in locis Apheticis est Apheta. Si verò sub terra, vel in octaua, aut duodecima fuerit; sumendus est Sol, si matutinè emerserit, nec longius gradibus vigintiquinque ab ortiua linea distiterit; qui si nec erit commodus, Planetam dominantem loco Lunæ, Partis fortunæ, & oppositionis præcedentis, vel coniunctionis capiemus: sed si nec hic aptus fuerit, vtemur pro Apheta Parte fortunæ, si Natiuitatem præcesssetit oppositio; & Ascendens si coniunctio; & tandem posita Parte fortunę sub terra vel in octaua, aut duodecima, ipsum Ascendens, & Horoscopum Regionis pro Apheta constituemus. Cæterum semper vbique locorum luminaria supra vitã dominium agitant, cum Sol vitalis, Luna naturalis potentiæ domini existant: sicut Ascendens, quod plurimi solùm constituunt Aphetam, & solùm dirigunt pro Vita.

Occursus mali, Abscissoresque vitæ, Aneretæ vocantur, à Græca voce: nam Anereo latinè tollo exinde est; aneretícus ergo, euersor, excissor, interfectorque sonat: vndè morbum aneretícum pro exitali sumit Aristoteles; suntque apud artis peritos occursus syderum, qui possunt ægritudines, mortes, aliaque aduersè contingentia vitæ humanæ inferre; atque hæc numerantur. Corpora, oppositiones, quadrataque radiationes Saturni, & Martis; eorumdem Antiscia, Imperantia, & obedientia, trinus aspectus ipsorum in signis breuium Ascensionum, ita vocant, sicut sextiles longarum, qui æquiualent quadratis. Posita Luna Apheta, Solis corpus est Anereta, quod idem dicendum de oppositione, cum oppositorum eadem sit ratio; quæ item de Solis quadrato prædicant, præsertim imbuto Sole natura malefica: Radius quadratus Aphetæ interimit, & cum Apheta directione peruenit ad suum quadratum: hinc Nicepso, & Petosyris, de quo meminit Iuuenalis:

——— *capiendo nulla videtur*

Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosyris.

Misticè edocuerunt nullum posse trāsgredi trimorion, idest portionem, & congeriem trium signorum. Mercurius est Anereta maleficæ qualitatis particeps, cum anceps suæ qualitatis qualitatem mutuat à Planeta malefico, cui iungitur, aut configuratur. Posito Apheta Ascendente Lunæ corpus nocet ob contrariam naturam; sic eius aspectus oppositus,& tetragonus. Connumerant inter Aneretas, Nodos Lunares, Caput, & Caudam Draconis, stellas violentas, Antares, Pallilitium, Herculem, Bellatricem, Lancem Australem, Caput Algol, seu Medusæ, nec minus ob exustionem maximam, Regulum. Sic quartam domum, idest eius cuspidem, quam foueam appositè appellant, Planetas in octaua constitutos, eiusdem domus Dominos, Terminos Planetarum maleficorum: de quibus laxiori calamo alibi indultum est, & vberius. Quando igitur directione, & motu Primi Mobilis Anereta occurrit Aphetæ, vel ægritudinem, vel mortem affert, nisi benefica tutela obueniat. Tutelæ autem ad hoc vt hi occursus temperentur, nec interficiant, hæ sunt. Prima, si directio fiat in finibus beneficorum Iouis, aut Veneris. Secunda, si in locum directionis incidant aspectus Iouis eiusdem, aut Veneris oppositi, quadrati, vel coniunctio; ita tamen vt radij Iouis, vel corpus non distet à loco directionis plus gradibus duodecim, sicut Veneris octo; quamuis in Comment. fusè probemus ex Ptolemæo hos aspectus non ex Natiuitatis figura sumendos; verùm ingressus, seu reuolutionis anni; quod experientia satis constare affirmamus. Tertia conditio, quod posita Luna Apheta, vel Planeta domino illorū locorum si Anereta contrariam latitudinem cum Apheta obtinuerit, inhabilis erit ad interimendum. Addunt præterea Planetas Aneretas sub radijs Solis non interimere, cum explicet Ptolemæus sub radijs neque ad iuuandum, neque ad perdendum idoneos: quo casu tunc Sol Aneretieam vim assumendo interimet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Internæ, externæque humani corporis partes, quibus Signis Cælestibus, & Planetis subijciantur, & de ægritudinibus, quæ singulis Signis, & Planetis tribuantur.

Cap. X.

SIngulas humani corporis partes à Cæli partibus regi, moderarique fatentur Astrologi: Cælum namque, & in eo Via obliqua, Zodiacum Græci, nostri vocant signiferum, per quam Sol annuo cursu circinat, in duodecim segmenta dispescitur, quæ cælestia signa præfixis in ijs nominibus animalium vocitantur, vel ob proprietates cum animalibus illis conuenientes, vel ob confluxum inibi stellarum, quæ Asterisco similitudinem eorumdem animalium repræsentent; suntque his versiculis numerata.

Nempe Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Et Lanx, Scorpio, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Quorum prius est Aries, vti Astronomicon primos Manilius ait:

Aurato Princeps Aries in vellere fulgens.

Quo etiam penè modo in priore suæ Vraniæ Pontanus. Hoc in prima parte limbi Zodiaci ideo ponunt Doctiores, quòd Mundum equitante Sole in Ariete creatum putant: propterea Virgilius Veris tempore creatum Mundum scribit.

Non alios prima nascentis origine Mundi
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem
Crediderim; Ver illud erat.

Quod & Iosue cum sectatoribus ex Hæbræorum schola tenuit: quamuis mirè discrepent Rabbinorum cateruæ: Consenserunt Ambrosius, & Strabus Patres. Eliezer maluit cum suis Septembri Mundi initium tribuere: quia tunc maturescentibus fructibus, cum inclusis seminibus, absolutum fuisse videtur Dei opus; quia in Deuteron. 32. Legitur; Dei opera perfecta sunt. Hunc capiti in homine dominari, & eius partibus putant: Taurus deinde collum, gutturque tuetur.

Ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Gemini spatulis, brachijs, atque manibus præsunt. Cancro pectus, mammillæ, ſplen, pulmo, venter ſuperior commendantur. Leoni ſtomachus, item Cor, pectus, ſpina dorſalis, Diaphragma. Virgo ventri inferiori, ac inteſtinis præficitur. Libra renibus, vertebris, clunibus, poſterioribuſq; pudendis. Pudendis, & veſſicæ Scorpius, coxis, & fœminibus Sagittarius. Capricornus genibus. Aquarius tibijs. Piſces pedibus; itaut ſigna iſta per Zodiaci fimbriam diſpoſita hominem rota diſtentum depingant. Sed pergamus ad ſtadium, in quo curimus.

Duodecim domiciliorum Cæli in planitie delineatio, quatuor eiuſdem Cæli partes repræſentat: prima enim domus Orientem demonſtrat. Septima Occidentem; Meridiem decima, quarta Septentrionem deſignant: ita enim Aſtrologi cælum in plano ponunt: nec alio ſenſu, licèt diuerſimode humaniores; Marcus enim Varro. 6. Linguæ Latinæ fragmento; *quo circa* (inquit) *Cælum, quo tuemur dictum templum*; eius templi partes quatuor dicuntur, ſiniſtra ab Oriente, dextra ab Occaſu, antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem. Aliter tamen Cleomedes, cuius opinionem ſuperſedeo referre, diuiſit. Ita igitur conſtitutis Cæli domibus, ipſarum duodecim cuilibet dominatum ſuper corporis partes imponunt; ita vt Prima Caput; collum ſecunda, & guſtur; Humeros tertia, manuſque, & brachia regat; quartæ pectoris, pulmonis, splenis; ſeptimæ tranſuerſi dominatus cadat: quintæ ſtomachi, epatis, cordis, laterum, dorſi. In ſextæ vi inferior venter veniat cum inteſtinis ad clunes vſque. In ſeptimæ ab vmbilico ad clunes cum ilijs, femoribuſque omne membrum. Octauæ tribuuntur veſſica, pecten, genitalia, dorſi ſpina. Nonæ caua epatis, coxarum portio cum clunibus, genuaque. Decimæ crura; Vndecimæ vſque ad talos. Pedes duodecimæ; Atque ita ſigna cæleſtia cum dominentur corporis partibus, ægritudines in illis etiam, ſi improſperè à Planetis excipiantur, inducunt: Aries enim (cui caput diſtribuitur) capitis omnes morbos deſignat, & ſic etiam de domibus in cæle-

ſti figura prout in ijs aduerſum, ſeu mite Planetæ hoſpitium habuerint, dicimus. Ariete igitur infeliciter habito, maculæ in facie Nato decernuntur, alopecia, dentium dolores, prauæque aliæ capitis ægritudines. ſi autem Taurus incommodo Planetarum ferietur, ſtrumas, glandulas, botia, tonſillas, anginam, adducit. Si vexantur Gemini, oſtendunt earum partium ægritudines, quibus præſunt, brachiorum, ſpatularum, manuum. Si Cancer incommode excipiatur, lenticulæ cutaneæ, ſplenis, aut pulmonis vitio varices Nati corpore erumpent.

Si Leo malè habebitur; præcordiorum dolores, ſtomachi cruditatem portendit, & affectus. Si Virgo inteſtinorum, & ventris ægritudines. Si autem Libra infeliciter afficietur, renum mala, lumborum, excrementorum retentionem, alioſque exuperantis materiei inconcoctos humores. Si Scorpio, hæmorhoidas, teneſmum, fiſtulas, cancros, vrinæ vitia exhibet. Sagittario infeliciter viſo coxendicum dolores. Eodem modo malè affecto Capricorno aurium vitia, linguæque, debilia genua; & ſi affligentur hæc duo ſigna circa viam lacteam oculorum parient affectus. Afflicto Aquario, icteritiam nigram, & tibiarum morbos. Podagram Piſcibus infortunatè poſitis, atque huiuſmodi ægritudines.

Eodem modo fermè de afflictis Cæli domibus, vt diximus iudicandum eſt; ſi namque malefici, exempli gratia, Saturnus, aut Mars ſextam domum corpore occupent, ventris tormina, affectuſque, atque inteſtinorum cruciatus ingerent, quod idem de ſingulis domibus coniectandum.

Sed age, agamus de Planetis. Saturnus, qui dominatur auditui dextro, veſſicæ, ſpleni, melancholiæ, pituitæ crudæ excrementitiæ, dentibus, cartilaginibus, ligamentiſque, natura frigidus, & ſiccus illorum morborum cauſa eſt, qui ex frigidorum humorum redundantia, intemperieque denaſcuntur, ex fluxionibus, ex crudis humoribus deſidentibus in membrorum cauitatibus; qui ex melancholico ſucco, ſalſo, & ſimilibus proficiſcuntur: quartanæ febres, chro-

nicæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

nicæ, podagra, chiragra, iſchias, paralyſis, ſurditas, linguæ impedimenta, lepra, ſcabies, aliaque vitia cutis ex melancholicis ſuccis exorta, ſtrumæ, Cancer, ſyrrhus, maligna vlcera, icteritia nigra, hydrops, chachexia, tabes, fluxiones pituitoſæ, aſthma, obſtructiones partium naturalium, æpatis lienis, vteri; hæmorhoides, herniæ, calculus, & alia veſſicę vitia, & tandem omnes effectus ex frigiditate, & humorum cruditate prouenientes, vel melancholia.

Dominatur Iuppiter tactui, ſanguini, pulmoni, epati, carni; morbi verò ipſi hi adſcribuntur; Pleuritis, peripneumonia, apoplexia ex ſanguinis plenitudine ducens originem, conuulſiones, morbilli, variolę, & tumores ex exuperantia ſanguinis oborti, æpatis inflamationes, dolores capitis ex nimio ſanguine, febres ephimerę, continentes, ſeu ſynochę abſque putredine, & morbi omnes ex ſanguine proficiſcentes.

Mars auditui ſiniſtro prę eſt, renibus, bili, felli, inteſtinis, ac ſedi; & morborum cauſa eſt, qui ex bile, vel torrefacto ſanguine ortum ducunt; vt febres ardentes, continuę, tertianę, ſanguinis hæmorrhagiæ quæcumque, phreneſis, mania, pthiſis, cholera, icteritia flaua, diſenteria, eriſipelas, exanthemata, tumores, & vlcera adurentia, hemicrania, dolores capitis ex bile, affectus renum, fiſtulæ, & reliqui.

Sol dextrum oculum poſſidet, cor, arterias, & in eis contentum ſanguinem: morbos verò, ſyncopem, cardialgiam, choleram rubram; opthalmiam, & reliquos ad oculos calidos defluxus, cordis palpitationem, ſtomachi affectus, & capitis ex humore calido.

Dominatur Venus guſtui, olfactui, ſemini, vaſis ſeminarijs, vtriuſque ſexus pudendis, & ventriculo; & ex eius affectione paſſiones matricis, ſuffocationes oriuntur, gonorrhęa, priapiſmus, coitus impotentia, ſtomachi imbecillitas ex frigida, & humida cauſa proficiſcens, lienteria, ſcabies, lues Gallica, vlcera ſerpentia, fiſtulæ, morbi genitalium, abſceſſus ędematoſi molles, inſania ex amore; & morbi plurimi,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

qui ortum ex superflua ducunt humiditate, vel corruptione.

Mercurius neruis, menti, rationi, digitis, & spiritui dominatur; morbos verò sub se habet omnes cerebri affectus, maniam, delirium, epilepsiam, linguę impedimenta, tussim siccam irritantem, pthysis causam, sputi abundantiam, vomitum, defluxus à capite, morbos melancholicos, oppilationes fellis, animi affectus, cogitationes horribiles.

Luna dominatur cerebro, sinistro oculo, & pituitę naturali. Morbi verò Lunę adscribuntur affectus omnes soporiferi, glaucoma, catoche, catalepsis, grauedines, distillationes, paralysis, epilepsia, affectus oculorum, lienteria, hydrops, apostemata omnia plegmatica, morbi ex oppilationibus ex humiditate, & frigiditate oborti, lumbrici horror in eijciendis menstruis, & huiusmodi.

Prognostica de ægritudinum euentu rationabilius, euidentiusque fieri ex Astrologica ratione, quàm Arte Medica. Cap. XI.

Constituto ex supradictis, ęgritudines singulas humanis corporibus ex cęlestium rerum causis, ac influxibus inoriri; nulli dubium est; si causæ pateant, posse subsequentes ex eis effectus innotesci: nam vbi apertum fuerit causæ num potentes sint morborum, vel remissæ; auxilio beneficorum aspectuum irrigentur, an sint eorumdem destitutæ subsidio; coniectari de facili poterit simul ad salutem ne, an ad mortem tendantur; alio modo longa, an breuis sit futura, præter cognitioné qualitatis eiusdem ipsa ægritudo, siue grauibus, seu leuibus innixa symptomatibus. Medici quidem quoniam ipsorum munus est naturam sequi, cuius se ministros, & discipulos præbent, iuxta Galenum, ab initio morbi ex artis facultate ignoto naturæ symptomate de qualitate futuri euentus, si ad mortem, vel ad sanitatem terminetur, non solùm non coniectari non audent: verùm nec de ipsius ægritudinis essentia; cum enim ex dispositione humorum emanent morbi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

(quorum cum cæca, & latens ſit in membris conſtitutio) micandum ipſis in tenebris eſſet; ſi auderent de futuris prædicere: verùm ipſis opus eſt, vt pluribus, & continuatis paroxiſmis de ægritudinis eſſentia fiant certiores: expectentque oportet indicatiuum diem quartum, vt coniectatione aſſequi valeant, quæ natura molitura eſt die tandem ſeptimo; & ita vndecimum, & decimum ſeptimum obſeruare, vt præuideant, quæ diebus decimoquarto, ac vigeſimo, qui critici itidem appellantur, ſunt euentura, & pluries cum fallaci prognoſtico: morbi enim quidam ſunt, qui ſtatis diebus remittuntur, aut variant: multi itidem noui, qui certo dierum interuallo enecant; ex quo criſes, iudiciumque emanat anteactæ, aut futuræ ægritudinis; quod probè oſtendit Lucretius lib. vlt. plures criſes plurium dierum in epidemia, quæ fuit in terra Attica, ita enumerans.

— Inhorrebat rictus, frons tenta manebat,
Nec nimio rigida proſtrati morte iacebant,
Octauoque ferè candenti lumine Solis,
Aut etiam nona reddebant lampade vitam;
Quorum ſi quis, vt eſt, vitarat funera læti,
Viſceribus tetris, & nota proluuie alui,
Poſterius tamen hunc tabes, lætumque manebat:
Aut etiam multus capitis cum ſæpè dolore
Corruptus ſanguis pletis de naribus ibat.

Quæ tamen Medicorum ita debili coniectura nixa ſunt: vt ſit hoc ægrotum potius ad Serapidem mittere, id eſt ad ſomnia, quàm curare, non exigua quorundam ignominia; qui vt plurimum à natura fluente, ac verſante ſemper vices ſuas decępti, ſentiunt tandem cum iam æger in peculio mortis eſt, ſe ab ea in indaganda veritate eſſe deluſos; quòd ſi Aſtronomię fuerint egregiè periti; ſiue Lunæ motus benè ſaltem nouerint (ſicut in Medicis requirit Galenus) ſecus fiet. Quapropter rem Medicam eſſe vaticinio parem, atque vtrique Patrem Apollinem, ideo dictum ab Hippocrate crediderim, vt oſtenderet, præcipuam morbi notionem eſſe neceſſariam;

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

quam non nisi ad Astrologiæ aram, & syderum oraculum cõfugientes consequentur: cum enim non æqualiter Luna in Zodiaco moueatur, sed modò citatiori vehiculo, prout in epicycli parte superiori, aut inferiori raptatur; & cum dies critici, vt pro exemplo aliqua discutiam, ex motu Lunæ, vt dicemus, suscipiant ordinem, (nam dicit Apuleius in rebus naturæ non sordidus Auctor cætera inter sydera Lunam præcipua maiestate pollere) si Luna velociori motu cietur, citius ad aspectum suum Quadratum à loco perueniet, in quo fuerat principio morbi; si rapiatur segnius, in eamdem configurationem impinget tardius: atque hinc ad has Quadraturas radiorum cadet aliquando sexta, aliquando octaua, nec septima, quam tunc generaliter Medici contra Astri ordinẽ statuunt criticam; multi itaque Machaones gloriosi naturæ motum sexta, vel octaua conspicientes, publicant statim esse symptomaticum cita natura à qualitate, vel multitudine humoris, cum ægroti pernicie: cum sit ea dies verè critica; & æger ea euacuatione leuatus sanus fiat, Medicoque, vt aiunt, medium ostendat vnguem. Ignoscant igitur optimo Principi Adriano Cæsari, si insusurrauerit moriens, *Turba Medicorum interfecit Regem*; aut illi, qui vt diceret interogatus, quis peior morbus sibi videretur: peiorem malo Medico (inquit) non habet Pandoræ vasculum. Obseruaui ego sæpissime ægrotos, qui pessima valetudine decubuerant, cum cruciarentur, die septima remissionem habuisse morbum: postea subsequentibus diebus omnem mortis metum abijecisse: tandemque sæuientibus accidentibus, & symptomatibus, vigesimo, aut vigesimo primo excessisse; actumque id tantùm superioribus causis, quas cum demonstrationibus stellarum prænouissem antea, ac in septimo non minus quàm alio ægritudinis circuitu dubitassem, cæteris admirantibus, obita deinde improsperè cura, & sublato ægro fama me sequuta est non exigua. E cælestibus itaque rationibus medendi vsus commodè capietur: nam cum Homero etiam teste, morbos ob Deorum iram immortalem in terram euolatos constet;

quid aliud significatur, nisi è Cælo defluere, nempe è syderibus, ægritudines; nec alia nisi ipsorum ope restitui sanitatem? Hinc Iuppiter Trochiscus apud Galenum est, aduocata Planetæ bonitate in medicamentum illud: beneque actũ apud Veteres est, licèt Iuuenalis aduersetur, in vtendis medicamentis ad Planetarum horas.

— Si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta Genesi collyria poscit;
Ergo licèt iaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Patosyris.

Ex arte enim Medica rudis est coniectatio, & imperfecta: quis enim, nisi sit Lynceus, qui trans robora, quercusque perspiciebat, intestina, quęque viscera, in quibus morbi sępè latet vis, quę partes ideo nigræ appellantur à Gręcis, quòd in tenebris quodammodo, ac in abdido sint; quibusque non pulchritudinem esse datam, quia latent: sed vtilitatem incredibilem esse attributam inquit de opificio Dei Lactantius, introspiciat? Hin experimentum artis Medicę esse fallax Cous in suis sententijs senex exposuit: hinc fidem apud Romanos serò inuenit Medicina, posseque errare facillimè ipsos suspicatum est: quapropter perfectum Medicum reperiri tenetur impossibile; ex quo Galenus colligit verã medendi scientiam Aesculapio tantùm, videlicet Solis Dijs ipsis, cõcessam; nec ideò Aphorismi ij Hippocratis sunt veri perpetuò. Non ita verò in Astrologia fit; ex cuius principijs in ægritudinis primo limine non modò qualitas morbi aperitur: sed eius totus progressus, si futura lęthalis fuerit, necne, breuis, an longa pręnoscitur ęgritudo; eoque pręcipuè, si ęgroti Genesis nota fuerit, in qua ex deuolutione Aphetę, vitęque prorogatoris ad maleficos, genus morbi, exitumque totalem cognoscimus; idq; magna innititur probabilitate; cum vnicuique, qui velit experientię subire aleam, possit apparere facillime; nostri autem temporis Asclepiades hęc respuunt, cũ gratiosi non sint, nec gratis quicquam operentur tantùm auaritia ducti; aut puto exterriti artis recessu, cuius viam, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

non vident, aut visam timent calcare, vt Satyricus dixit: seu quia cruda adhuc studia in morbos propellendo, epidemiæ gerunt vicariam, ipsiq; Libitinam ditant; quid mirum, si medendi scientiam, facultatemque nobilissimam, ex qua Dij euasere, pręter Apollinem; Chiron, Machaon, Podalyrius, Hippocrates, extiteruntque Reges etiam Sabor, & Gorges Medorum, Sabiel Arabum, Mitridates Ponti, Aegyptiorum que Hermes, Damasceni Regis nepos Mesues, Cordubęque si placet Princeps Auicenna, siue apud Persas Regulus, ita despicabilem opinantur, vt eam nunc sex mensium faciant disciplinam: hinc ad circulares cadit epigraphas, parabulanorumque, vti codex de Episcopis, & Clericis exclamat. Horum pharmacopolę Horatio malè olent: inquitque Hieronymus; *Illi verbositas, attrita frons, cui nundinæ, fora placent, plateæ, ac Medicorum tabernæ*: compendiariam quippe tantę scientię agentes paucorum, vt diximus, mensium studiosi Hippocrati dicam proponunt, Hippocratis ipsius vinculo cõstingendi; bonos transeo, quorum nec nostrum sęculum sterile admodum est: sed eos lancino, qui cum artis Criticorũ dierum vix cutem inspexerint; nec ideo eam intelligant, vt par est, illam statim respuunt, ipsamque vti fatuam dimittunt, at, quod peius est, nolunt iuxa Horatium,

Quod iuuenes didicere, senes perdenda fateri.

Cautior itaque, certiorque Astrologiæ via est in præcauendis, & præcognoscendis morbis.

Qualitatem, & tempus ægritudinis ex superioribus causis auspicari. Cap. XII.

ACcidentium tempora in ijs, quę in humana vita accidunt, trifariã à nostrę disciplinę peritis ex superiorum causarũ ratione prænoscuntur: Directionibus videlicet, Profectionibus, atque Ingressibus. Directiones id vocant, cum Aequinoctialis circuli inter significatores, & promissores medium arcum conquirimus, repertis enim distantiæ inter

hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

hæc duo loca gradibus, illico futuri euentus tempus innotescit; quod hoc modo fit, tribuendo scilicet pro quolibet gradu Solarem annum, pro quinque minutis singulis mensem, pro quouis minuto sex dies. Profectiones verò, æqualem, regularemque incessum in Zodiaco iuxta ordinem signorum significatorum, quæ non minus annuæ, menstruæ, diurnęque numerantur ab Astronomis, tum fiunt, cum in annua profectione, scilicet pro anno, signum vnum Zodiaci tribuimus; qua regula anno quolibet duodecimo significatores totum permeant circulum, & deinde alterum similem cursum peragrandum incipiunt. In menstrua signum vnum cuilibet mensi: in diurna binis diebus singulis tribus horis, & minutis horę quinquaginta duobus signum etiam, singulisque diebus grad. 13. min. 53. quę omnia in Ephemeridibus, vberiusque in tabulis Primi Mobilis demonstrauimus. Ingressus, & transitus, quos vulgò reuolutiones nuncupant; eos dicimus, cum recurrit nouiter tempus, quo Planeta super alterius locum, in quo ortus Nati hora est, iterum reuoluitur; & quo tempore Sol ad idem fermè punctum regreditur, in quo fuerat Natiuitatis tempore. Rectior via, meliorque reperiendi accidentium tempora ex Directionibus capitur, minor ex transitibus, infirmior autem ex profectionibus.

Posito cælesti themate iuxta ortiuam Nati horam, ac per accidentia rectificato, siue alio modo, ita vt præterita Nati siue bona, siue mala, transacta quæ adfuerint adamussim iuxta superiores causas accidant, directiones nempè, siue alias temporum diuisiones; progrediemur tépore grauantis ægritudinis Prorogatorem vitæ inquirere, qua vi, ad quem locum Anereticum ex supra nominatis cum prædictis occursaculis, directione, profectione, aut transitu processerit: hoc enim notato, ægritudinis causam facillimè noscemus; quòd si ægritudo causam à transitu duxerit, vel profectione, species morbi erit vt plurimum de natura malefici, locique, ad quem Apheta, seu Prorogator profectione, vel transitu fuerit deuolutus; quæ omnino valetudines haud læthales sunt, nisi sini-

stra

ſtra plurima alia in peius concurrant. In directionibus indago ſecus exquiritur: qualitas enim ægritudinis, ſiue mortis, non à Planeta ſuſcipitur, in quem Apheta directione impegit; quòd tunc idem eſſet auctor ægritudinis, & qualitatis ipſius; nec Iuppiter aut Venus, reliquique, præter Saturnum, & Martem, valetudines de eorum natura adducerent, cuius contrarium experimur; cum prauarum ægritudinum cauſæ ſint malefici, nec beneficorum ſit obeſſe: ea propter hac in re hoc modo coniectandum. Maleficus, ſiue alius incidens locus decernit ægritudinem cum Aphetæ, & vitæ Prorogatori motu Primi Mobilis occurret: qualitas autem ægritudinis, non ab eodem malefico ſolùm, ſed aliunde petenda eſt, videlicet à Planeta, vel fixa Stella, vel Planetæ radio ſuccedenti, vel antecedenti loco directionis primario; vel ſi non adfuerit à Domino finium loci directionis, non omnino ſpreto Anereta ipſo, quæ lucidius, ac per exempla declarabimus in figuris Decubitus: ideo ſi peruenerit directione Apheta ad Saturnum, & radius Martis directioni ſuccedat, tribuet Saturnus ægritudinem; Mars vero qualitatem, & erit de natura Martis infirmitas, atque ideo calida. Cum igitur ſuperiorum cauſæ (quæ pluribus docuimus) in hac influant inferiora, ac præcipuè in humanum corpus; nec ſolummodo in ortu, & ingreſſu in has mundi carceres, qualitates illi elementorum infundendo: verùm quouſque reſoluatur in elementa, & vitæ vſque extremum terminum; modo humorum ſymmetriam obſeruando, ac ſanum corpus; nunc humoribus alteratis ægritudines inducendo, ex quibus naturales, animales, ac vitales functiones exequi perfectè nequeant, prout vitæ Prorogatores, maleficis, aut beneficijs ſtellis obuiauerint; conſentaneum eſt vt tempore inuadentis ægritudinis aliquis Vitæ prorogator afficiatur ab aliquo malefico, niſi morbus ſucceſſerit ex generali conſtitutione; quo cognito ac Piothanato, ſeu Planeta morbi qualitatẽ ſignificante, haud erit difficile ægritudinis eſſentiam iuxta Planetarum decreta noſſe, quæ ſuperius explicauimus compendiosè. Si namque

lumi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

luminare aliquod Sol, vel Luna, qui vitali, ac naturali potentijs dominantur, vel Ascendens, seu Orientalis Linea, quæ semper vitæ præest, fuerint directiones afflicta à Saturno, & Saturnus fuerit ægritudinis qualitatis significator: de Saturni natura morbus demonstrabitur; quemadmodum de alijs Planetis singulis eodem fermè modo est coniectandum.

Si ægritudo ortum duxerit ab infausta profectione; magnitudinem, ac qualitatem ipsius demonstrabit maleficus, ad quem Vitæ prorogator fuerit profectione deuolutus; quia verò in ingressibus plura incidunt obseruanda, sequenti capite de his disseremus.

De valetudine optima, vel aduersa ex anni Reuolutione. Cap. XIII.

PRo corporis optima, vel aduersa valetudine in Reuolutione consideranda sunt Luminaria, & præsertim Luna, atque Ascendentia tam Natiuitatis, quàm figuræ reuolutionis, sicut eorum dominatores; quorum status si fuerit laudabilis de optima valetudine coniectandum est, dummodo non adsit directio potens alicuius Aphetæ ad maleficos, & infausta; si verò status fuerit improsperus mala timenda sunt circa valetudinem, & in corporis constitutione; hocque generale est præceptum.

Schola Arabum addit considerandos esse dominum anni in Reuolutione, ac Diuisorem. Dominus anni dominus illius signi est, in quo cadit profectio Ascendentis illo anno. Diuisor vero dominus terminorum loci, in quo cadit Directio eiusdem Ascendentis anno eodem; vt si pertingat directio Ascendentis gradum 10. Arietis, cum illi sint fines Veneris, Venus erit idcircò diuisor; qui diuisor, & anni dominus non secus ac luminaria, & Ascendentia sunt considerandi.

Pro tanta ergo re primò videndum in anno reuolutionis, quæ directiones, profectiones, & transitus contingant Planetarum super loca Natiuitatis, an mali ipsi, an propitij, & secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ſecundum qualitatem directionum, profectionum, & dictorum tranſituum proferendum: ſemper autem comparando figuram reuolutionis cum illa Natiuitatis.

In figura reuolutionis, ſi luminaria, Aſcendens reuolutionis, & Natiuitatis, & eorum dominatores, ſicut dominus anni, & diuiſor fuerint cum beneficis, vel beneficorum radijs liberi à maleficis; vel in loco radicali beneficorum in Natiuitate; vel benefici fuerint in locis luminarium, vel Aſcendentis in Natiuitate; quia optimam pollicentur corporis valetudinem. Si vero fuerint malè affecti à maleficis; vel eorum radijs, aut in locis maleficorum Natiuitatis; vel malefici fuerint in locis eorum luminarium, ſcilicet, vel Aſcendentis, ægritudinem, vel aliud infauſtum accidens in vita portendunt; circa quæ aliquos Aphoriſmos obſeruatos ab Antiquioribus in medium libet afferre.

Dominus Aſcendentis reuolutionis, & Natiuitatis à beneficis bene affecti, ſicut dominus anni, ac Diuiſor abſque noxa maleficorum aliqua notabili, nec exiſtente infauſta directione, proſpera in vita illa anno demonſtrant, optimamque corporis valetudinem.

Aſcendens reuolutionis, locus Lunæ in Natiuitate, vel reſpiciens Aſcendens Natiuitatis ſextili, aut trino radio integram decernit valetudinem bonam, niſi adſit directio infauſta, quod ſemper intelligendum eſt.

Profectio Aſcendentis ad Lunam, ſi Luna in ea reuolutione fuerit libera à maleficis eadem demonſtrat.

Quod decernit etiam profectio Aſcendentis ad Iouem, Venerem, vel Draconis Caput. Dominus Aſcendentis reuolutionis fortunatus, vt in ſuis dignitatibus, non combuſtus, nec alio modo à maleficis afflictus ſalubrem annum pollicetur.

Dominus Aſcendentis Natiuitatis benè affectus, & in reuolutione à beneficis irradiatus, abſque maleficis optimam tribuet valetudinem.

Dominus anni, & diuiſor benè conſtituti, nec infeſtati à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Marte, aut Saturno, ſic nec combuſti ſalubrem annum obnunciant.

Planetæ benefici in Aſcendente reuolutionis bona in vita pollicentur.

Venus, vel Iuppiter cum Luna in reuolutione, vel radio ſextili, vel trino Lunam aſpicientes, vel in Antiſcio Lunæ ſanitatem decernunt.

Caput Draconis, aut Iuppiter in quinta Natum eximunt à periculis.

Aſcendens reuolutionis locus Iouis, aut Veneris in Natiuitate, bona in corporis conſtitutione adducit.

Luna ad locum Veneris, aut Iouis in Natiuitate eadem demonſtrat.

Sol in Aſcendente reuolutionis ſi à maleficis non infeſtetur fouet vitam.

Benefici in reuolutione facto ſcrutinio, potentiores maleficis an ſint; ſi fuerint, bonum ſtatum vitæ illo anno pollicentur.

E contra demonſtrant aduerſam corporis valetudinẽ Luna, Aſcendens, & Aſcendentis dominus in reuolutione infortunati, puta, cadentes, peregrini, occidentales, combuſti, afflicti à maleficis, vel alio modo debiles.

Luna in Natiuitate infortunata, ſi in reuolutione applicuerit eidem loco præcipuè in domibus prima, ſexta, octaua, vel duodecima aduerſam illo anno decernit valitudinem.

Mercurius, & Luna non ſe reſpicientes, & afflicti à Marte, vel Saturno corpore, radijs, vel intuente eadem demonſtrant.

Luna in reuolutione in loco Martis, aut Saturni in Natiuitate, præcipue in prima, ſexta, aut decima mala corpori minitatur.

Luna à maleficis afflicta cum Cauda Draconis humorum deſignat corruptionem: Cum Capite Draconis eorundem abundantiam; cum Marte, Ioue, aut Venere, ipſorum inflammationem.

Luna

Luna infortunata à Planeta exiſtente in ſexta ægritudinem tribuit illi membro, ſigno illius domus ſubiecto.

Mars, aut Saturnus in Aſcendente reuolutionis ægritudines adducunt, vel mala de eorum natura.

Mars commaculans locum Veneris in Natiuitate morbos tribuit ex Venerea cauſa, vel repletione.

Mercurius cum Marte, & Cauda Draconis melancholiam tribuit, & ex hoc humore ægritudinem; & multoties ventris profluuium.

Mars, vel Saturnus domini anni ſemper aliquid mali decernunt in corpore, ac ſaltem animi affectiones.

Cauda Draconis in Aſcendente ſemper nocet.

Dominus Aſcendentis reuolutionis in ſexta, ſeptima, octaua, vel duodecima, nocet corpori, præſertim ſi à maleficis afficiatur.

Aſcendens reuolutionis locus Martis, aut Saturni in Natiuitate, vel etiam locus Solis numquam optimam tribuunt corporis diſpoſitionem.

Aſcendens reuolutionis ſignum ſextæ, vel duodecimæ radicis ſeù Natiuitatis eadem minatur.

Profectio Aſcendentis ad Martem, Saturnum, vel Caudam Draconis improſperam decernit valetudinem.

Mars dominus anni cum Saturno; vel Saturnus anni dominus cum Marte noxij ſunt ſemper in vita.

Dominus anni, & Aſcendentis reuolutionis infortunati eadem demonſtrant.

Profectiones Aſcendentis ad maleficos mala decernunt pro natura malefici; ſic ad radios oppoſitos, quadratos, Antiſcia, imperantia, vel obedientia, licèt debilius, quàm ad corpora.

Profectiones Aſcendentis ad ſextam, ſeptimam, octauam, aut duodecimam, etiam ſunt corpori noxiæ.

Dominus Aſcendentis reuolutionis combuſtus mala adducit; ſic dominus Aſcendentis Natiuitatis, vel alio modo afflictus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Dominus anni respiciens Ascendens reuolutionis de quadrato, vel opposito etiam noxius existit.

Dominus Ascendentis in reuolutione cum Cauda Draconis mala minatur; & aliquando materias venenatas.

Dominus anni maleficus in Natiuitate in septima, & qui in reuolutione affligat Lunam, & vnus maleficorum sit in Ascēdente, ægritudines graues portendit.

Dominus anni in reuolutione, & Natiuitate in sexta tribuit ægritudinem anno illo.

Saturnus dominus anni sub terra cum Marte, vel Mars ad locum Saturni, si benefici non adiuuent, pericula adducit.

Saturnus dominus anni ad oppositum Solis Natiuitatis mala infert pro qualitate domus, in qua fuerit Saturnus, & signo.

Eclipsis, vel Cometes in loco Ascendentis Natiuitatis, vel reuolutionis pericula in Vita demonstrat; sic super loca Solis, & Lunæ, si fuerint vitæ Prorogatores.

Plura de his alibi differimus. Sciendum cæterum aliquando oriri ægritudines ex particulari transitu, & nec ex figura reuolutionis, verùm alio tempore contingente, quàm reuersionis Solis ad punctum, in quo erat tempore Natiuitatis; quod tempus erit decubitus; de quo aliqua dicamus, cum posteriori libro luculentius hæc materia tractari contingat.

In decubitu, ac ægritudinis initio ferè semper luminare aliquod, vel Ascendens, seu Ascendentis Dominus in figura cælesti tunc temporis erecta, aliquo modo infestatur à maleficis, ac præcipue Luna. Antiquiores idcirco pro essentię, ac qualitatis morbi ægritudine plura posteris obseruationibus reliquere; inter quæ aliqua adducemus in medium.

Si Sol fuerit hora decubitus in loco Natiuitatis Saturni, vel in loco Saturni opposito, aut quadrato, vel Antiscio, Imperante, vel obediente Saturni; aut in figura decubitus alio modo corpore, radijs, aut intuente à Saturno afflictus; ægritudinem Nato ingeret ex humorum frigidorum redundātia, melancholicam, & de natura Saturni ex his, quas capite

proprio

proprio fusissimè enumerauimus. Si Sol affligatur à Marte, morbus erit ex humore bilioso, terrefacto sanguine, & de Martis natura. Si Iuppiter fuerit malè affectus, & dominus Ascendentis, vel dominium obtinens in anno, & à maleficis afflictus, aut in sexta constitutus, ægritudo continget ex sanguinis, aut icorosi humoris superfluitate, atque inflammatione, affectibus epatis, alijsque de sui natura. Si affligatur Venus morbus aderit ex Venerea causa, repletione, & contiguis. Si Mercurius infestabitur, ex cerebri affectibus, epilepsia, tussi, & Mercurio adscripti aderunt morbi. Afflicta Luna de sui natura morbi oriuntur soporarij, grauedines, & huiusmodi.

Saturnus cum Sole in ♈ ♌ ♐ signis calidis, & siccis morbos perducit ad hecticas febres. In aqueis ♋ ♏ ♓ ex frigida, & humida materia ducentes ortum, fluxiones, dolores articulares, ac huiusmodi. In terreis vt ♉ ♍ ♑ melancholicos, quartanam, aliosque morbos chronicos. In fixis ♉ ♌ ♒ febres, longas, subintrantes, quartanasque similiter; sicut præter febres, lepram, morbos articulares, chyragram, podagram, ischiadem. Saturnus in signis mobilibus ♈ ♋ ♎ ♑ humorum fluxiones adducit, quibus partes naturales debilitantur: In signis communibus ♊ ♍ ♐ ♓ ægritudines producit compositas, & morborum transmutationem, eosque longiores. Si fuerit Saturnus cum Nodis lunaribus Capite, aut Cauda Draconis, vel cum Venere combusta, vel cum stellis violentis, vel in ♌ ♏ febres pernitiosas demonstrat, & pestilentes.

Mars repertus in signis igneis affligens luminaria, Ascendens, vel dominos Ascendentis, pestiferas febres, ardentes, ac huiusmodi minatur; cui si admisceatur Saturnus melancholicas, & atrabilares. Si Mars fuerit in sexta, vel duodecima febres æstuosas, ardescentes, pernitiosasque procreat, præcipuè in dictis signis igneis ♈ ♌ ♐. In Signis mobilibus acutas parit febres, breuique terminandas, licèt vt plurimùm in malum. In signis communibus febres acutas,

dupli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

duplices, repentinas, & cum recidiuis plurimis. Generaliter autem Saturnus longas: Mars breues procreat; Marſque cum Sole ſanguineas, ſeu ſynochas etiam cum putredine.

Iuppiter in ſignis igneis febres producit ſanguineas abſque putredine; Venus in igneis ephemeras; cum Marte autem putridas ex pituita. Mercurius in igneis febres decernit compoſitas; ſicut Luna pituitoſas putridas.

Luna in Martis oppoſito in dictis ſignis igneis, venenoſas febres portendit, peſtiferas, malique moris, ac breui terminandas. Cum Marte in ſignis aereis vt ♊ ♎ ♒, percipuè in ♊ dat pericula etiam ex ferro, ac ſimilibus Martialibus. In Ariete Luna in octaua calidam capitis tribuit ægritudinem.

Planetæ in ſignis aqueis putridas febres demonſtrant, ſi fuerint præcipuè combuſti; in terreis enim putredinem non adducunt.

Planetæ in ſignis breuium Aſcenſionum ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ breues mobos denunciant; in longarum ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ longos, atque chronicos. Prauæ febres, vt plurimùm contingunt afflicto Sole, ſcandente ſignum ♌.

Non parum, experientia fauente, conducit ad morbi eſſentiam dignoſcendam ſexte domus conſideratio, ac eiuſdẽ diſpoſitoris: ſi namque in dicta domo fuerit ſignum igneum, ægritudo portenditur calida, ac cholerica; ſi terreum, morbus erit melancholicus; ſi aereum ſanguineus; ſi aqueum pituitoſus; ſic coniectari licebit de ægritudine pro natura Planetæ in ſexta conſtituti, vel ibi dominantis.

Ex ſigno ſimiliter, in quo fuerit dominus Aſcendentis, pars affecta in morbo etiam colligitur, pro illius ſigni dominio in corporis partibus: ſi namque fuerit in Ariete futurum morborum in capite: ſi in Geminis in brachijs, ac partibus Geminis ſubiectis; quemadmodum de reliquis ſignis idem iudicium proferendum, pro dominio in humano corpore.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

De Crisi, ex qua dies critici nuncupantur.
Cap. XIV.

ANtequam de Criticis diebus aggrediamur, quid dicere, accurateque erit syntaxeos pretium, quid Crisis sit, quid eius dictio demonstrare; vt ab ethimo inceptantes clariùs per significata procedamus. Crisis ergo apud Græcos iudicium est, qua nomenclatura Grammaticorum exactio (Eustachio tradente) quæ poemata ad examen vocat, penditque, etiam vocitatur. Medicorum verò scholæ Galeno Principe simul hac voce Criticum, siue Critimum deducentes criticos dies, Critimosque appellant; iudiciarios videlicet, aut decretorios dicere mauis, eos designantes. Græci sanè, Patresque ac sanctissimi eum diem conuulsi Mundi vltimum describunt diem Criticum quasi diem iudicij nuncupent poniran Emeran; eum ad similitudinem Medicorum ita appellant. Crisim denique Medici, quorum placitis stamus, distinguunt alterationem esse humani corporis ægrotantis demonstratam exemplo ad salutem, vel mortem, repentinamque consumptionem ægritudinis, in qua decumbenti labores, & angustiæ maximæ proponuntur; eas Lucretius ita diuersimode cecinit lib. 6. rerum natural.

Multaque præterea mortis tum signa dabantur,
Perturbata animi mens in mærore, metuque:
Triste supercilium, furiosus vultus, & acer,
Sollicitæ porro, plenæque sonoribus aures:
Creber spiritus, ac ignes, raroque coactus,
Sudorisque madens per collum splendidus humor,
Tenuia sputa, minuta, croci contecta colore,
Salsaque per fauces, rauca vix edita tussi.

Nec Terentius de salutaribus reticuit in And. act. 3. Scen. 2.

Adhuc Archillis, quæ adsolent, quæque oportet
Signa ad salutem esse omnia huic esse video:
Hinc primùm fac isthæc vt lauet, post deinde

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Quod iussi, ei date bibere.

Nos itaque à propria rei ethymologia esse crisim iudicium affirmabimus ægritudinis salute, vel morte terminandæ: in quo iudicio natura Actor est, virtus ægroti reus, humores, & ægritudo ipsa causa; Iudex influxus superiorum corporum, ex quibus iudicium Crisis publicatur. Generalem Criseos causam statuunt pugnam inter naturam, morbumque, ipsosque intercollutionem; insilit quippe ad oppugnandum morbum natura, atque ad excernendam materiam, qua morbus alitur, depellendamque, stimulo præcipuè superiorum causarum commota; quæ si validior morbo, hostisque robore firmior erit, signa prefert Medico statim adeptæ victoriæ læta, prosperaque; secus si hostis obruitur potentia; imbecillium suarum virium ominosas profert indicinas. Particulares autem causas ponunt ægroti virtutem, ac robur validum, dominansque, vel iuxta totum, vel partem nutrienti morbos materiæ, naturæque ipsi ad expellendum mortificam qualitatem sociali bello succurens: primatim tamen aptius credendum est esse corporum cælestium radiatione; atque hinc Criseos causæ efficientes natura sunt, virtusque ægroti cælestibus influxibus regulata; materialis peccans materia, faciensque morbum; finalis verò sanitas ipsa, ac mors tamen per accidens, cum ipsa Crisis, vt Crisis, ad salutem magis, quàm ad interitum à natura existente, vt à Medico videlicet suo auxiliario suppetias ad internicionem morbi aduocet. Natura enim numquam commouere materiam, separareque nocuum ab innocuo audet, nisi ea materia præparata fuerit, coctaque, & in quam ipsa habeat secure dominium; nec obstat, quod in pestilentialibus morbis eam depellere, & separare etiam in principijs conetur; quando cruda adhuc materia est, nec ab ipsa natura versatilis, non sine corporis pernicie: quia tunc motus naturæ fit stimulo, & diritate materiæ, & causa superiori praua, quam natura nequit superare, aut vincere: hinc non prorumpit Crisis in principio morbi, nec augmento generali apparet; cuius rei causam licèt Medici asserant,

rant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

rant, quòd nempe materia morbifica non sit dispoſita ad expulſionem; ex cauſa nos ſuperiori per euidentiora deducemus; quæ eſt, quòd ſtellæ radiationes, quibus materiæ commotionem molirentur, non compleuerint: eo enim tempore tunc maximè habent corpora ſuperiora vires ex perfectione configurationum, excitantque tunc maximè accidentia per humores ſymptomata percellendo; veluti etiam humores aeris, pelagique componendo, ſiue augendo, menſe Martio Halcyonios dies, quibus in Atlantico mari ſumma notatur tranquillitas, mariaque aperiuntur, teſte Vegetio, cauſas adducunt; cadentibus verò Hyadibus lachrymoſis ſyderibus ſurgunt vndique procellæ; vndeque (prout Columella, præcipuèque ait Pallidius) furore viſuntur: aliaque demùm fiunt ſtatis diebus, quæ ſi iuxta Cornelium Celſum tantùm ad ordinem nnmerum referemus ſub Mandragora conſopiti eſſe videbimus, cum rationem in proximo ſtellarum habeamus; nec obſtat, quod Hippocrates de Lunæ ratione numquam dixerit, Auicennaque cùm in huius rei mentionem incidit ſe in biuio eſſe, ambigioſa, & ambiguitatis plena omnia fateatur; cum hi potius non benè exercitati in rebus cæleſtibus prætermiſerint, dubitauerintque, quam de re à peritis tam in plano poſita per nos diſceptari poſſit. Sed nõ ne obſurdius affirmare eſt, aliquid fieri numerorum vi, ac poteſtate (vt Pico placuit) ſine ratione, quàm ſiderum? cum ſanè numeri iſti in natura, aut caſum, qui numericè tamen non fit, ſibi volunt, aut ſuperſtitionum Dominum ſignificant? Hi ſanè nihil aliud pro robore opinionis valent adducere, quàm numerariã vim maximam apud Platonicos, Pethagoreoſque in aceruo naturæ potentiſſimam; cum tamen nihil non aureo conſtare experiamur, ac videamus, quod Mahemethis in Alchorano captioſa ab vno ad centum vſque diuinatio ſatis oſtendit. Lucretius ſaltem, qui phantaſiam in philoſophicis egregiè exercet, cauſam rerum in interuallo numero ſuccedentium tradidit eam eſſe, quòd videlicet in excurſu primi creati Mundi, cùm è carcere metæ magni æui natnra currere inceptaret; has

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ſibi primùm flexuras cæperit, voluaturque iterum veluti rota currus in præſignata olim veſtigiorum orbita, vel quemadmodum veſtes plicationes eaſdem, atque eodem numero vſque ad finem retinent, quas in primo vſu conceperint, ait Ille.

Namque vbi ſic fuerint cauſarum exordia prima:
Atque vbi res mundi cecidere ab origine prima;
Conſequa natura eſt iam rerum ex ordine certo.

Sed complicemus hìc vela; eadem in Comment. ſuper Quadripartit. Ptol. iuſto æquore explicata. Satis plana experientia ſunt, quæ prætulimus: Nox enim ante Criſim grauis eſt ægro ex Hippocrate; quod in generali morbi declinatione nõ contingit, quo tempore remittuntur accidentia, nec Criſis neceſſaria eſt. In Criſi autem primò commouet expultrix virtus contumacem materiam, eamque nocuam diſponit ad excedendum ab eo, quod iuuat, vt ad aliquam corporis partem relegetur; expellit deinde quod eſt ſeparatum; ex qua nouitate ſubita, ac furioſa, ad ſalutem, vel mortem erumpit alteratio, pro vt cum vi naturæ fuerit facta expulſio, & motus, vel cum naturæ labore, & erumna; ipſaque debilis tantæ alterationi ſufficere non potuerit, indè non contingere Criſim, vbi materia non fuit experimur; veluti in ephemeris febribus, hecticiſque; contra in morbis acutis, & materialibus, cuius qualitas ex habitu peccantis materiæ fit, nec non per loca conuenientia: id enim excernit natura, quod abundat noxium, domique inteſtinum humorum odium diſſentire, prout poteſt non patitur: quapropter ſummus artis Medicæ auctor Hippocrates ob id non deſinit eam cognominibus honeſtare Iuſtam appellando; vti Ariſtoteles eſſe eam Oeconomum bonum, ac Patrem familias egregium; illa in habitaculo corporis, domique non admittendo, quæ tam claræ œconomiæ, vt corpus eſt, compagem diſſoluere poſſint: ſi ſanguis enim peccauerit, mouet criſim per ſanguinis eruptiones vacuans natura per ſyderum auxiliares radios, ſubſidiumque, quod prauum eſt: tamquam velit Ancilla Dei defricare

fricare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

fricare vasculum & ergastulum emundare, in quod coniectum aliquid humorum sit prauitate: nam iuxta Augustin. naturæ vis in corpore est appetendi, retinendi, expellendi, ac destribuendi potentia: sanguinis igitur Crisis fit per nares, menstrua, hæmorrhagiam, abscessus sanguineos, hæmorrhoidas, & similia. Si colera contumaciter abundauerit, per vomitum, secessumque ostenditur, per vrinam, sudoremque, icteritiam, erisypelam; atque alios abscessus biliosos, & biliosæ prauitatis. Si melancholia vrgeat, in varicibus Crisis se publicat, hæmorrhoidibus, secessu, melancholicis abscessibus, anthracibus, alijsque malignis vlceribus. Si pituita super cæteros se humores mala se attollet, sputum erit eius Crisis, vomitus, pedum tumor, paralysis spasmus, apostemata phlegmatica. Licet Crisis tamen per euacuationem laudabilior sit facta illa per morbi trasmutationem puta in paralysim deflectente; in prima enim materia eijcitur, neque alicuius puncipalis morbi timetur oblæsio; fitque inditium validæ naturæ, quippe quæ dominatum in materiam agat, expellatque; nec non materiæ iam emollitæ, atque ad cedendū absque ęgri periculo iam dispositæ: quod secus in transmigratione in abscessus, aliosque morbos, in qua morbi apparet non omnino vim esse debilitatam: sed resistentem adhuc non cedere, ac veluti in angulum refugere.

Res exigere videtur hoc loco, vt Crises, quas *Auguria* Plinius, *notas* vocat Celsus non fortuitò, iactuque illo numerorum è natura implicito aceruo prouenire; sed è rectis causis, ordinatisque, nempe syderum visitationibus, vt loquitur Firmicus ad probemus; idque facilè me reor consequturum, si tantùm cum his pedem, gressumque conferri continget, qui Galeni præcepto imbuti syderum motus, saltemque in illis lunares didicerint: non omnino aliquam causam, certamque sortititijs his morborum nouationibus) vti diximus) consentaneus est, & Philosopho dignius assignare, quā inter earum originem dicere cum Sereno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Non numquàm existit subiti noua causa tumoris
Cuius origo latet.

Hi enim, qui nouerint Astra suis progressibus, occursaculisque plurimùm totius magnæ naturæ alterare symptomata, in hoc etiam microsmo humorum versante tenores, eosque modo debilitare, modo augere posse affirmabit; cum sanguinem hominis etiam cum lumine Lunæ augeri, ac minui Plin. Lib. 2. fateatur: humores quippe mundanos, è quibus veluti Iycnus nostrum corpus suctu tamquam naturali irroratur, viuitque, sydera ipse, syderumque complicationes modò minuunt, modò adaugent; de quo præter Lucretium Plinius *pensari*, inquit, *naturæ vices sufficere, alijs syderum elementa cogentibus, alijs verò fundentibus*: quod cum ita sit, astraque non nisi statuto cursu, Lunaquæ ipsa moueatur; videmus optimè modò ad Lunæ motum apertissimam fieri Criseos notam; modò ex latentiori astrorum synodo latentiùs inoriri augurium, pro vt humores corporis ad ipsorum motum alterantur. Differunt Veteres hæc ipsa: sed non ne Medicinam ipsam vti vanitatis plenam, modo ab Vrbibus, modo à persuasione eiecerunt? eam sanè cum Magia esse coortam, per eamdem accepisse incrementum, hominumqoe corda inuasisse incrementum, hominumque corda inuasisse Plinius significat: magiam verò nos illam veterem fuisse dicemus, licet non omnem, nisi syderum facultatem clarissimam. Liquet id ipsum ex sacrarum literarum memoria, vbi Magi Planetæ illius orientalis, nouæque apparentiæ in Natalitio Domini legimus sequutos radios. Crediderim mox cæptam ab alijs Medicinam absque syderum obseruationibus coli, prout ipsa, quam difficilimam idem Plinius, cæterique fatentur, aut ignaros fefellerit, aut lassauerit, aut imperitorum mentes deduxerit; quod in cæteris facultatibus par est: sophisticam enim philosophia adhuc habet fallacem comitem, veluti vmbram sui corporis; medicinam ambubaiarum collegia, empiricorum discrimina; falsatores Iuris prudentia, & leguleos, vnde ars ista aretalogos etiam habuit, habetque, vndè illud.

Plebeium in Circo positum est, & in Aggere fatum.

qua de re noster etiam Princeps Ptolemæus Quadrup.2. conqueritur. Hinc à Plinio obiectum illud est; rarò vllius sententiam cum alio congruere; quod certè accidere potest non præceptorum, sententiarumq; artis varietate, quæ vbique vera semper est: sed (quod vocant) calculorum impari vsu, quod non exitiale peccatum artis est, cum excipere Cæli cursum numeris non sit idem, quod per Crisim iudicium à Medico, per attestata, probataque à Causidico; cum vertigo illa rapidissima cælestium machinarũ citò se nobis proripiat, nec nisi à peritissimis se in momento capi patiatur; qua propter oberrent multi; hinc sectas, quas vocat Plinius Caldæam, Aegyptiam, Græcam non interse pugnantes fuisse admodũ de facultatis robore certum est; sed numerorum maximè varietate differentes; & ex eo probamus, quòd quartam Astrologiæ sectam Romanam facit à Iulio Cæsare institutam, cum ibi nihil aliud sentiat author quàm anni correctionem, quam Iulius iuxta Suetonium incæpit, iuxta Solinum perfecit Augustus; quapropter Lucanus Cæsarem loquentem ita facit.

Nec meus Eudoxi vincetur mensibus annus.

Quod non ignominiam facultatis trahi debet, cum nostris etiam temporibus Gregoriana correctio annis admota sit, laude artis maxima; nec minus Copernicea hinc, hinc Tichonica obseruetur in metiendis syderibus numeratio, quæ tamen in vnum artis scopum diriguntur; nec sectæ, quæ scissuram in arte constituant, appellari possunt. Arabes certè multùm, ac quandoque sibi plusquam arti concessum sit, permittere non abnuo: sed non indè facultatis probatur vanitas, cum vt diximus, in cæteris etiam artibus morbus hic reperiatur. Potuit etiam in hoc earum esse differentia, Plinij mente, quòd Mundi systema Cleomedes aliter, Hipparcus aliter, aliter alius instrueret, veluti nunc Tichonica Mundi Typus noua est, sic & à Nobis altera excogitata: cùm tamen ipsorum nemo influxus agi in inferiora corpora negauerit.

Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Romani cum Astrologiæ, quam vocamus iudiciariam non admodum fauerent, ipsam diuellebant; cum tamen de re, quã ipsi nec à limine vidissent veluti de Antipodibus, Oceanoque obloquebantur. Sanè Babylonicos numeros intelligit Horatius pro Astrologia crisima ponere ad humanam vitam nẽpe: eiusque terminos dignoscendos spectante; quod negat Lucret. cùm ita eam Caldeæ opponit.

Vt Babylonicam Caldæam doctrina refutans,
Astrologorum artem conuincere tendit.

& propriè Caldæi tamen Astrologi, & Iudicarij; Iuuenal.

Caldæis sed maior erit fiducia, quicquid.
Dixerit Astrologus, credet de fronte relatum
Ammonis.

quæ omnia denotant Romanos neque calluisse distinctioné sectarum inspicere, non modò de artis fallacia probè disseruisse: sed in hæc quoniam necessariò incidi, satis sit rem hucusque attigisse: si verò esset tantùm numerica, quæ lateat ratio, causa symptomatum, cum quodlibet corpus diuersa habeat corpuscula elementorum, quæ semina vocat Lucretius, nec vnius corporis dispositio, quam armoniam vocant, cum alterius crasi, vel complexionem conueniat: nonne numeri isti ex consonantia diuersæ naturæ deberent variè vnicuiq; singulatim accidere, cum videamus contra Crises præstitutis diebus vnicuique, ac vbique easdem generari, variarique certis horis iuxta illud Q. Sereni in typo febris tertianæ?

Est quæ continuis non cessat adire diebus:
Sed tantùm certas morbus discriminat horas.

Et Celsus *maximè* inquit lib. 2. *annis pueritiæ pueri, circã quadragesimum diem, deinde septimo mense, mox septimo anno, postea circiter pubertatem periclitantur*; quæ à syderibus proficisci par est; cum vnicuique idem accidat, vocanturque hi, vt dicimus graduales, seu climaterici: ac sanè cum humorum vis, ac mixtura in humano corpore fluxibilis sit, aliquando contumax, variabilisque non stata hora, certisque minutis possent

humo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

humores à natura disponi sine syderum conatu, adpulsuque, & tamen sequitur alibi idem Serenus.

Est etiam alternis febris rediuina diebus
Tempora discernens quasi iustæ pondere libræ.

Ex quibus omnibus apparet breuiter nescisse Veteres syderum artem, ideo non admisisse; numericam potentiam sine syderum vi, non posse dari cælique influxu vario, Lunæque reciproco Crises morborum motus produci.

De Sphæræ Circulis, aspectibus, seu radiationibus in Zodiaco. Cap XV.

ET quoniam de crisibus actum est, hoc est de notis, augurijsque, quæ non in peius tantùm: sed etiam in melius à natura per vim syderum ostentantur: antequam de diebus proposita opera disseram, opere prætium tractare de aspectibus, seu radiationibus iudico; quibus recedentes, siue progredientes syderum meatus crisim iuxta dies excitant; atque vt id auspicatè, nempe à matutinis primisque dierum exordijs prænoscamus; instituo breuiter primũ Cælum ipsum designare, ex cuius oscillatione, iactuque machinæ hi demum aspectus ostenduntur.

Cælum itaque circulis vinciri non solùm Astrologorum familia, verùm Philosophorum veterum consilium ideo adseuerauit, quòd cum bonitatem in centro, pulchritudinem in circulis collocandum putarent; Cæli pulchritudine contineri Deum, veluti centrum in circulis asseuerarunt, quod Plotino maximè placuit. Astrologi demum vt probarent phænomena, apparentiasque, decem in Primo Mobili circulos appinxerunt; sex maiores, qui per sphæræ centrum directi eam in æquales duas partes dispescerent, quique Aequinoctialis sunt, Zodiacus, Coluri duo Solstitiorum, & Aequinoctiorum, Meridianus, & Horizon; quatuor minores, qui Sphęram in segmenta inequalia diuiderent, Cancri Tropicum, Capricornique, circulosque duos Polares Arcticum, & Antarcti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tarcticum. Aequinoctialis, seu Aequator quidem æquali recessu à Polis Mundi remotus munus habet motum primum metiri, Primumque mobile spatio vigintiquatuor horarum circumuoluere. Sic tellurem in duas itidem partes Borealẽ, Australemque discindere; quique Zodiacum circulum duabus partibus intersecat, vndè æquinoctia constituuntur; atque vndè ipse nomenclaturam suam accipit; sub eo primo Canon Auicenna temperatiorem, commodioremque habitationem, quam sit vsquam terrarum esse scribit: quod Eratosthenem quoque, & Polybium tenuisse Straboni credimus; quæ inibi iter agentes confirmant, quamuis à plerisque illa regio habita inhospitalis fuerit. Zodiacus, cuius Poli à Polis Mundi nostro æuo gradibus 23. min. 32. distant, & quanta est cuius maxima declinatio ab Aequinoctiali circulo, Planetarum subse currentia excipit curricula; in se duodenas signorum cælat imagines, quas consiliarios Dei Aegyptij appellarunt; per quas Solis meatus est partium quidem trecentarũ sexaginta; sed vt obseruatio eius vmbrarum redeat ad notas, quinos annis dies adijci, superque quartã partẽ diei. Græci singulam huius limbi partẽ epocham vocant, quam iterumin triginta distribuunt meras; moxque mera, ideſt gradus in sexaginta diuidatur portiones, quas vulgo minuta indigetant; deinde, & minutum in sexaginta deuteralepta idest, minuscula secunda; quamuis epocha ab Arato mera ob scissuras duodecim partium nuncupatur. Horizon sua ethimologia nostris oculis Cælum ab eo, quod inferius, patens suo termino definit; ex quo ortus, & occasus Cosmicos, Achronicos, & Heliacos habemus. Meridianus per Mundi polos trãsiens, perque locorum verticem, quibus longitudines numerantur, distantias ab Occidente, & Oriente Ciuitatum demonstrat. Coluri Solstitiorum, æquinoctiorumque duo per Mundi Polos diriguntur, quatuorque puncta Cardinalia Arietem, Libram, Cancrum, Capricornum transmeantes; è quibut Sol pertransiens æquinoctia constituit, & solstitia; in Libra, & Ariete Aequinoctia; in Cancro, Capricornoque solstitia;

ſtitia; in Libra, & Ariete Aequinoctia; in Cancro, Capricornoque ſolſtitia. Inter minores verò Tropici habentur; qui receſſus maximi ſunt circuli Aequinoctialis ab obliquo Zodiaci; Cancri verſus partem Borealem; verſus Auſtralem Capricorni. Polares tandem Arcticus, & Antarcticus ducti per Polos mundi, & Polos Zodiaci lati conſtituuntur, quantus eſt maximus Zodiaci receſſus ab Aequinoctiali: ex quibus circulis minoribus cælum, & telluris partes ad perpendiculum cæli partibus ſubiacentes in quinque Zonas diſtinguuntur, torridam ſcilicet in Tropicos, & Aequinoctialem: duas temperatas inter Tropicos, & Polares; duaſque frigidas inter polares, & Polos. Torrida quidem, quæ flammulis diſſeminata maximè ardoris vinculo Mundum alligat; quam quidam eſſe Cherubim flammeũ gladium ſomniarunt in bicipiti Parnaſſo Rabbini; Paradiſumque videri ſub Aequinoctiali circulo ſitum; abs quo decuſſari cęlum ac terram nouimus, proindeque flammei gladij Zonam reddi torridam, quæ propter Solis conuerſiones verſatilis nuncupatur; de quibus omnibus à Virgilio, ac Ouidio ſatis aptè demonſtratum eſt. Cæterum, circulus quilibet diſſecatur ab Aſtronomis in partes, ſeu gradus (vt diximus) *360.* ſicut Zodiacus in propoſito, ſubquo Planetæ orbiculariter lumen, & radios percellendo eiaculandoque quatuor Aſtrologis potiores creant aſpectus; & Sextilẽ nempe, Quadraturam, Trigonum, & Oppoſitionem; ac ea ratione, quia circulus in tot partes poteſt diuidi armonicè; cum reliquæ diuiſiones apud Mathematicos illegitimæ plerumque habeantur. Sextilis, ſexangularis, ſeu hexagonus dimenſionem pro circuli ſextante habet, ac duo ſigna Zodiaci intercipit, & partes circuli ſexaginta. Quadratum, ſeu tetragonum ab eo ſigno, in quo inchoamus, quod quartum fuerit ſignum dicimus, quartam portionem intelligentes, & gradus nonaginta. Trigonum, ſeu trinum, tertiam circuli partem continet, quatuor ſigna, & partes centum viginti. Oppoſitio tandem, ſeu Diameter eſt diſtantia per circuli medietatem, ſigna ſex, & gradus centum octoginta continens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

atq; his radijs quadruplicibus Planetæ lumen inuicem, qualitates, & influentias sibi proprias communicant. Cumque verò horum aliqui radij in partes contrariarum qualitatum proijciantur, quidam in illis consimiles, è quibus effluunt, hinc beneficos aspectus aliquos, quosdã maleficos nuncupamus, Sextilem, & Trinum beneficos; Quadratum, ac Oppositionem maleficos: de quibus alibi satiùs disseruimus. His præmissis pauca primò de anno, eiusque partibus, mox de Criticis diebus agemus.

De Anno, eius partibus, & Mense Lunari.
Cap. XVI.

ANnus verò, Sydereus, Tropicusque est. Tropicus, quo Sol Zodiacum lustratione persoluit, reditque ad punctum Eclipticæ, Colurumque Aequinoctiorum, Solstitiorũ, vel ad aliud punctum, vnde cęperat inoriri, quod diebus 365. horis quinque, minutis quadraginta nouem terminat. Sydereus is verò dicitur, quando ad ipsam stellam, sydusque reuertitur, cum quo præterito anno iungebatur, dierumq; est itidem 365. horis tamen sex, minutis nouem: cum non modò reuertatur Sol oporteat ad idem punctum eclipticæ; sed quoque secunda quinquaginta vnum, scilicet deuteralepta conficiat, quibus stella in anno defluxerat, vt illi stellæ denuo reconiungatur. Diuiditur annus in menses duodecim, nempe temporum periodis abiunctus, nunc gelicidijs horridior, nunc verna hilarescens iucunditate, æstiuis modò flammeus ardoribus, denique sordentis Autumni prouentu fertilis: filiorum duodenarius numerus mensium continet seriem, sex mulieribris sexus æstiuam fertilitatem referunt; mares prædensam, concretamque hyemalem, sterilemque vim; quibus quatuor itidem pedagogos, seu institutores, rectoresque imponunt. Ver primis tribus, sequentibus tribus Aestatem, sic Autumnum, Hyememque reliquis. Annum Aeolinomine ventorum Patris nobilitarunt Veteres; puto

quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

quòd ventorum eius diuersitas dirimatur cancellis: quatuor enim principes venti singulam adripuerunt anni meram; Ver Zephyrus occupat; Aestatem Auster pręferuido angustat spiritus; Eurus geniali, ac maturescenti afflatu concipit Autumnum; Boreas Hyeme regnat, vel ob varietatem: variat enim tempestates annus; Aegyptij, vt ex Horis monumentis colligitur, annum palmæ symbolo significabant, quod hæc arborum sola per singulos Lunæ exortus vnã producat Bain, vt anni fine duodecim fiant; quo argumento, & Bain demonstrare mensem ferunt, cum singulis diebus balano in spadyce concrescat. Est alia anni deriuatio, quæ iudicialis dicitur: multæ enim Ciuitates sub Imperio Romano proprios annorũ characteres habuerunt, neque Consules Romanos indices cuiuscumque anni, neque Iulianam rationem sunt secutæ: verum diem aduentus alicuius Principis; sic Vrbes Italię à die quo Augustus in ipsas intrauerat deriuarunt annorũ numerationes; *quædam Italiæ Ciuitates* (inquit Tranquillus) *die, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt*; Sic Napolitani ab Augustali suo, sic Alexandrini deduxerunt; Augustalis erat Cæsarum Sacerdos maximus, Cæsaribus Dijs viuis adhuc adulatione assignatus, qui anno nomen dabat in scribendis publicis, aut priuatorum contractuum instrumentis, ad tempus adnotandum Priuilegio huius dignitatis; quod in Græcię plerumque Vrbibus obseruatum est; colligiturque ex dissertationibus Arriani, quod demum Iustiniani Nouella ad Imperatoris, Consulumque nomen reuocatum est; vtimurque nos passim ex forensi stylo cùm istrumentis publicis Principum, Imperijque eorum annum prænotamus, adposito prius Christi charagmate, vt validior exhinde fiat graphe, aut saltem Pontificis, quod satis sufficere videtur: apud enim Machabæos sacerdum nomine (lib. 1.) contractus insigniri constat: sed deflex imus, reuertamur ad orbitam.

Lunæ itidem mensis duplex est; synodicus, seu coniunctionalis dixeris, & periodicus, seu rotundationis. Periodicus, quo Luna totius Zodiaci reuolutionis periodum con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ſtat, atque hanc vigintiſeptem diebus, ſeptem horis, minutiſque quadragintatribus. Synodicus is eſt, cùm Soli coniungitur Luna: & diebus vigintinouem, horis duodecim, minutis quatuor ſupra quadraginta abſoluitur: peracto enim meatu Zodiaci Luna, quo ad idem punctum relabitur periodicè, vt Solem aſſequatur, peragret partes etiam Zodiacales oportet, quas Sol in illo mēſe Lunæ periodico abſoluerit, gradus nempe circiter vigintiſeptem, quos Luna ſuo motu diebus duobus fęrè colluſtrat: neque hìc tacuerim, quod de abſolutione menſtrui motus Lunæ dixi, ac eiuſdem cùm ipſa Soli iungitur, protuli, abſolui; Cynocephalum in Aegypto eſſe animal, quod Solicitio Lunæ (vt cum Celſo latinè loquar) nempe, vbi cum Sole congreditur, ſi id maſculum ſit, nec videre, nec veſci; fœminam ſanguine ex deciſione Lunæ diminui; mox vtrique, & lumen oculis, & ſanguinem reddi viſceribus, prout Dea in reſtaurationem ſui luminis fraterna charitate tetenderit: Quin & illud eſt traditum, æquinoctiali die hoc animal duodecies, ideſt hora qualibet, vrinam profundere; qua ex cauſa Hydrologijs ſedentem inſculpant indigenæ Cynocephalum; licet idem, & de Serapide aliquando obſeruatum teſtis eſt Plutarchus. In menſibus quoniam aliquod reſtat inſecabile, nec peritorum id calculo numeriſque aſſequitur diligentia, quodque mox excreſcit in temporum mendam. Græci fuit moris tertio quoque anno, vt fieret aptior temporum reſponſio, menſem interijcere; quem interchalarem, correctoremque vocamus; At Aegyptij re melius (vti viſum eſt) comperta, ſingulis quidem menſium tres dierum attribuentes decadas; euoluto denique anno quinque etiam ſuperadijciebant dies. Iulius Cæſar demum orbe terrarum victo Cælo manus intulit, ita vt ad hoc vſque tempus, cum præterea iterum Gregoriana Gregorij XIII. cum Cæſare comparandi Viri acceſſerit emendatio, faſtorum eius. Romanorum correctio perduret: de qua refuſiſſimè Macrobius, Solinuſque, ac in Natali die Cenſorinus. De menſe nobis periodico ſermo eſt, cùm ſcilicet duodena Zodiaci ſymbola

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

bola Luna menstrua facie visitans, prout loca varia volutat, variosque aspectus cum cohorte errantium concipit, excitat notas, & indicelas morborum; Quibus præcognitis non sine Pharo nauigabit hoc magnum pharmacum, quod sublunare est Aplane & Chile apud Platonicos, Tartarus iuxta Hesiodum, Medicus; nec cum periculo ægri periculum artis vna faciet: sed ducibus syderibus vitatis cæcorum symptomatum scopulis ægrum ad salutis portum deducet: id artis pensum postulat; id rei ipsius ordo: in inconsultos enim Medicos, vt inquit Persius, trutinatrix veri

Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem
Ne liceat facere, id quod quis vitiabit agendo;
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis helleborum certo compescere puncto
Nescius? examen vetat hoc, natura medendi.

ita enim interpungo, non vt aliter faciunt viri docti in vltimo carmine.

De diebus non nulla, & ipsorum Horis.
Cap. XVII.

DE diebus dicturi aliquantulum à linea, orbitaque recedentes delirare, atque exorbitare non reprehendemur; si qui paulò indulgentius opus hoc respexerint: namque vt in hortensis peculio, vbi patris familias cura non nisi sunt fecundæ arbores, habent aliquando topiaria ad deliciendos oculos admissionem, sterilisque platanus non arcetur.

—— Martis factura nepotibus vmbram.

Diem igitur periti trifariam diuidunt, naturalem, solarem, seu artificialem, ipsum ciuilisue institutionis faciunt; quod in Aphricani somnio luculenter monstrat Macrobius. Solaris ille sanè est, qui Solis in Horizonta nostrum decurrentis diurnarum horarum spatio semicirculo definitur; qui ob plures causas inæqualis conspicitur, vt alibi disseruimus. Ille

enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

autem naturalis dicitur, qui integra Primi Mobilis reuolutione constat, addita portione, quam Sol diurno motu peragrat in Zodiaco, noctemque, & diem complectens viginti-quatuor horarum spatio præfinitur. Ciuilis denique habetu-ris, qui Reipublicæ instituto aliqua præscripta definitione circumscribitur: Romanorum enim à septima hora noctis, ex eodem Macrob. ad sextam sequentis diei alterius noctis, dies continebatur, mediamque matutino tempore intelligebant, vnde illud Aquinatis Satyrici.

——— Noctesque Neronis
Iam medias,

Neronem euigilare solitum turpissimis illis suis noctibus Arbitri illuminatis arbitrio liberæ vocis declarans, vt cum illo faciat eiusdem.

Ante Numantinos si dormire incipis ortu.

Dies Veteres vario nexu in mensis ordinem, seriemque implicabant: Iudæi, qui ab operis æternæ manus cessatione septima quaque luce, festum adhuc habent, in septimanas, hebdomadasue menses diuidebant, qui mos deinde numerandi dierum origines tempore Theodosij ad Christianos etiam singulis diebus vnicuique Planetarum assignatis demanauit; Dominicumque diem pro Domini resurrectione ad memoriam recuperatæ salutis inclusit. Græci autem alio modo ad elegantiæ philosophicæ phantasiam mensem singulum tribus decadibus diuidebant; prima à nouilunio, quod singulis mensibus in prima die constituunt vsque ad diem mensis decimam excurrit; ab ea decima ad vigesimam vsque decurrit altera; cuius prior dies prima dicitur, demum secunda, tertia, quarta vsque ad decimam; tertia, quæ remanet recurrens quodammodo, primum diem nomine decimę habet posticum; atque ita mensis vltimi prima, siue vna, dicitur chorea, veluti dierum recurrente, atque mense ibi per reciprocationem manu gratante, non sine Græcæ saltationis imitatione: reperitur enim in tam pulchra dierum dispositione, stropha, antistropha, atque epodus; stropha

enim

enim videtur decas prima à dextris ad læuam conuerti; antistropha secunda à læua ad dextram agi; epodo deinde tertia consistere, ac simul accinere; quod ideo factum ab ipsis est, quòd cum Sol in medio Planetarum existat, videtur choreæ magister quodammodò ad pulsum cytharæ syderalis Platonicæ saltationem hanc lucidissimam per agere. Horæ prætearea à Poetis circa Solis currum complicitis manibus fingebãtur psallere, qui etiam nunc ritus per Horatianam poematibus typum Stropham, antistropham, ac epodon choreas ducendi, ac carmina, in Græcia passim est; Ascriuiensesque puellæ hac ratione choreas agitant miro oculorum, ac auriũ prolubio. Romani verò dies vniuscuiusque mensis diuidebant bifariam; erant ipsis Nonæ, Idus, Chalendæ; erant preterea Nundinæ, vt in nostro mense hebdomades, quod Nonius, ac Macrobius optimè docent: quorum etiam dies nec excessisse horas duodecim, neque noctes totidem, apertum est, nam alitær Martialis epigramma:

Prima salutantes, atque altera continet horas,
Exercet raucos tertia Causidicos.

aptari tantùm æquinoctiali tempori, non toti anno posset, cum tunc tantũ horæ diei duodecim ab libellam sint, & poeta pro horis quibuslibet anni versus proposuerit: Horæ itaque æstiuæ longæ cum sexdecim nostræ in duodecim Romanorum essent redigendæ, quapropter idem Poeta:

Hora (inquit) *nec æstiua est, nec tibi tota perit.*

Sicut, & Vetruuis longissimas vocat horas in Cancri signo, nempè solstitiales: hybernæ breuissimæ erant, cum vix octo nostrarum in duodecim Romanorum dispescerentur, quod & Plautus in Pseudolo ibi ostendit.

Credo equidem potesse Tescelus
Marsici monsis vberrimos fructus quatuor
Ebibere vna hora.

sic non Massici, nam Marsum vinum bibebant serui, cuius hyperbolem deridens Pseudolus respondens ait;

— *Hybernam addito.*

Eodem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Eodem etiam modo suas temperasse horas Græcos affirmauerim epistola ductus Seruij Sulpitij Famil. Ciceron. 4. Cùm Athenis ad 10. Kalend. Iunij noctu se à Marcello conuentum scribit, insertque, *Postmeridie eius diei cum Athenis proficisci animo haberem, ciuciter horam decimam noctis Posthumius familiaris meus ad me venit:* quo loco mirandum est 10. Kal. Iunij, cum apud nos octaua hora diescit, eo mense Athenas orientaliores caligasse noctis tenebris; qua propter dimensum horarũ Romanarum inibi apponamus ad conciliandum, oportet, Hora præterca, quæ apud nos decima tertia sonat nunc, prima erat Romę, atque hoc modo duodecima viginti quatuor implebat, absoluebatque diem, vt apud Senecam de Asinij Pollionis munijs iuxta horam digestis patet euidentissimè. Sed de his omnibus satis. Nunc de partibus diei curiosè à Peritis, quæ traduntur, pergamus cursim carpere. Dies in Orientem, Meridiem, vesperum, Occasumque dispartiunt, prout Sol Cæli loca plagasque occupat: idque Theologi veteres non sine animaduersione mysticè tractabant, Orientem quippe Deo, quia ipse luminis fons est, atque illustrator terræ accensebant; Occidentem conturbatæ, prauæque menti hoc est, Doemoni quòd lumen abscondat, atque quòd hominem peccantem faciat occidere, atque interire; alteras deinde partes pari dimensione discreuerunt, Meridiem, Septentrionemque, quas itidem Deo, eiusque rebelli ipsi antiquissimo tribuebant: nam quemadmodum Meridies proximus Orienti est, cum Deo ipsum, qui omnia facit oriri, ac increscere, cõmunicant; maximeque habebatur apud Aegyptios Meridies veneratione Theone teste: hinc Cancer illis, qui meridionale est solstitium, annum aperiebat, hincque ad indaganda mysteria habebatur illis, id tempus aptissimũ, quod interpretatur Virgilius cum 4. Georgic. cecinit:

Ipse ego te medios cum Sol accederit æstus.
Cum sitiunt herbæ, pecoris cum gratior vmbra est,
In secreta senis ducam.

Ex aduerso Septemtrio Dæmoni accensetur: hinc per raptũ

Orythiæ

Orythiæ per Boream ſcelere patratum deſignari rerum humanarum appetitum deliberat Heſiodi interpres Diaconus. Iiſdem diei partibus annum epitome ingenioſa contineri volunt; Ver itaque Orienti, atque primis horis. Aeſtatem Meridionali plagæ, atque ita meridiei ſubigunt. Occidenti Autumnus, ſiue veſperi traditur. Septentrioni hyems; nempe occidua tempeſtas. In his quoque quatuor partibus hominis vita ponitur, atque ætas; quia vita in calore Orientis, atque meridiei eſt; mors in frigore Occaſus, Septentrioniſque; in Oriente infantia, & adoleſcentia; in meridie virilitas; maturitas in autumno; in Occidente interitus: ſed & temporum anni, & horarum, & vitæ ſymbola Veteres ludis Circenſibus, hoc eſt curulibus meritò oſtendebant, vt vitam hominis Deorum ludum curſu tandem finiri demonſtrarent: erant enim miſſus quatuor, & viginti pro horarum numero: duodecim prætere a in Circo hoſtia viſebantur, cæli domicilia totidem ſignificantia; veluti, & Planetarum imagine metæ ſeptem: certantium claſſes quatuor fuere ſuis diſcriminatæ coloribus, quæ quatuor anni deſignarent tempeſtates, vt Caſſiodorus interpretatur, & Corippus. Qua ſimilitudine apud Mathematicos Planetæ, qui è Circo Magni circuli, hoc eſt Cæli vitalem alicui curſum inſtituunt Aphetæ dicti ſunt, vt in Circo Maximo vocabantur Græca, vt diximus ante ſermocinatione, alij quaſi à carcere ad metas ſoluerent denique prorogarent orbitam, aut axes interiectu alicuius obijcis effingerent interemptores dicti ſunt; ſicut de Aneretis nos diximus.

Quod non per rithum numerorum Criſes morborum inoriantur. Cap. XVII.

AT quia verò dierum auguria, notaſque ordine quodam, vt diximus, naturæ, numerico nulla habita ad ſyderum poteſtatem regula quidam inoriri in ægrotis autumant: prius quàm altiùs dierum decretalium cedam puteum, eruamque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

fundo iactam causam syderalem, numerorum ad doctrinam, voluptatemque hunc libellum volutantium, lustrabo centurias, vt resignatis, recensitisque ijs, quid per se valeant numeri physicè, quid adiuncta syderum qualitate differam. Numerus itaque mensurata iuxta Methaphisicos multitudo est; nec aliter 7. lib. inquit Euclides; multitudinem, nempe, esse vnitatum gregem; his constare omnia non modò Pythagoras (vt Plutarchus ille lib. de philos. placit. 4. ait) animãque ipsam, immo mentem ex eis esse: verùm in sanctis literis, quod notat August. idem legimus; Deum omnia *in numero*, & mensura, & pondere perficisse, quæ ipse, & Plato apertè significat, dum numeros, mensuram, solidaque in medio adducit, per numeros ipsas rerum naturalium species, formasque substantiales accipiens, quas etiam Aristot. numeris comparat: per mensuras certas, instrumentalesque figuras, vel magnitudines speciebus certis accomodatas; per solida, qualitates, quæ cum molibus penitus protenduntur; præstantque actionibus, ac motionibus momentum: qua secretiore facultate Macrob. Numerorum, inquit, certam, constitutamque rationem corporibus copulari animas, *qui* numeri dum supersunt, perseuerat corpus animari; cum verò deficiunt, arcanaque vis illa dissoluitur societatẽ, vitalis animi constat pariter terminari; ex quo Macrobij demum placito, morborum nos, ægritudinumque symbolas, ac notas ita colligemus: si tunc periculosas crises fatebimur, cùm numerorum compago laxatur, tunc prosperas, cùm eadem robore numerorum solida est, esse affirmabimus: quod omnino vllo modo fieri potest, nisi syderum numeris præbeamus auxiliũ: non enim ipsos sua vi, roboreque à debilitate ad vim reuerti posse putandum est: cum non nisi per imbecillitatem deciderint: nisi velimus eosdem numeros varia, ac mutabili ptosi, seu positura, veluti literulæ, quæ modis varijs distributæ diuersam producunt, vt ait Lucretius, sermonis imaginem, variam constituere valetudinem, quod si esset infaticabiles daremus, æternosque numeros, atque inde homines extra

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

etiam caſeam. Neſtoris ſenectam vitales: cum numeri ipſi Antæi inſtar in Lybiæ puluere nouo tactu alterius formæ validiores exurgerent ad vitalia inſtauranda: prout elementa literarum ab imperito in certam orationis humilem formam proiecta, in ſonantiorem periodum ab altero doctiore excitantur, nec vnam ſeruant imaginē, vt lib. 1. Natural. Poeta.

Quin etiam paſſim noſtris in verſibus ipſis
Multa elementa vides, multis communia verbis:
Cum tamen inter ſe verſus, & verba neceſſe eſt
Confiteare, & re, & ſonitu diſtare ſonanti.

quapropter denuo ad ſydera prouocandum eſt, quæ vitalem hominibus ſpiritum per numeros indiuiſibilem adimant; neque illud placet, mentem Mundi Reginam, intellectum nēpe Dei, connexionem Idæis quamdam per ſpecies, numeroſque dediſſe; vt à numeris præſtitutis quælibet ſpecies vires proprias ſortiatur; qua propter ad motus, generationes, mutationeſque certis numeris adſtringatur: quia qualitates numericæ eaſdem pluribus ſpeciebus communes eſſe cognoſcimus, eiſque quodammodo permutatis non vnaquæque ſpecies commutatur: hinc ad ſydera iterum recurrendū eſt; quæ verè numericè per figuras agant potentiſſimè; quamuis nulla ſit ibi in loco actionis materia, quod Peripatetici plerique putant: tunc enim figuræ, numeri, radij Cæleſtes, cum non alia ſubſtineantur ibi materia, ſubſtantiales ſunt: numerorum itaque qualiſcumque veluti è cæli teſſera in terram, iactus è ſyderum diſpoſitione cum humorum hominum complicantia credendus vtique eſt: ſi enim nouenarius perfectiſſimus habetur; nempe quia eſt ab impari primo quadratus, & impariter in tres diſtribuitur triades ſeu malumus trinitates dicere, quarum quælibet in totidem deſcriminatur vnitates, Protoſpatharius docet ad Heſiodum, ſi ſanctuſque apud Poetas numerus hic, Deoſque habetur.

—— *Nouies ſtyx interfuſa coercet.*

eſtque in eo perfectio

—— *nonumque prematur in annum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

& nouem ſunt Muſæ, quibus armonica mundi ſtructura componitur; cur eſt, quaque ratione nouenaria noxius? ad nouenum enim rithmum febres adnumerant Medici; ſynochos enim, & dialepuſa, amphimerinos, triteos, tetraſeos, hebdomios, ennateos, videlicet continua, interpellata, quotidiana, tertiana, quartana, quintana, ſeptimana, nonana febris dicitur? ex quo cernimus ſuperſtitioſum magis, quam phyſicum hoc eſſe. Numerus quidem quinarius, quòd animi poteſtates includat vndè ipſa vegetatrix, ſenſuum potens, epithemetica, ſiue concupiſcibilis, iraſcibilis, rationaliſque eſt, quod ſenſus quinque itidem ſint, totidemque inſtrumenta ad ſenſibilia procedendi, auguſtiſſimus habetur; cur non binarius, cum anima, & corpus abſolutiſſimum id faciant, quod quinarius per partes? quaternarius Pithagoræ, ob circulum ſacer, ac ſolidus fuit: punctum enim, ex qua linea lineam, ex qua ſuperficies ſuperficiem, vnde fluit ſolidum, complectitur, Deique nomen (quod te tragãmaton, pluribus gentium eſt) habet, quare perfecta eſt tetras: ſed cur tria deeſt maior, cum trias triadem ſanctisſimam numeret, aliaque contineat, quæ virtutem ſignificent? ex quo apparet nullam ſanè numerari portionẽ ita cadente naturæ taxillo, quæ ſine numeri ſymbolis ſit. Monas nobilitatur vnitate ac veluti Deo: duorum numerus, oculorum, aurium, polorum; noctis, & diei temporum diſcriminum geminitudine honeſtatur; Trias, vt diximus prodigioſo illa Geryone, vnius Dei triplici maieſtate nobilis eſt; multis virtutibus ditatur quaternarius; ſapientiæ aſſignatur, cuius baſis quadrilatera fingitur apud Cebetem; atque ita inſculpimus Mineruæ pegma; Mercurio quinarius, ac ſua habet attributa: ſenario Mundi geneſim clauſit Moſes, laudaturque ab Aurelio Auguſtino egregiè: ſeptenaria quietis eſt portio, non Hæbræis modò; ſed in ſtudijs literarijs apud Veteres Romanos, Græcoſque, qui ſabbathi diem, vndè ſabbathina lectio vulgo fertur, vacabant ſtudijs remiſſius, vt Tranquillus in Tiberio oſtendit, Gelliuſque lib. 5. Octonario apud Pithagoricos, annotatur

iuſtitia, quod in numero eo ſit parium, & imparium diſtributio, ideſt, bis quaternorum; teſtibus Tzeza, & Muſchopulo. Iuramentum Orpheus per octo Deos inſtituit. Nouena, vt diximus, celebrem dimenſio habet perfectionem. Denarij vis in Maris vndæ cumulo decimo apparet, eoque numerandi reſpirationem ſuſcipit labor; atque ita, ſi ad centum progrediaris, vt & Mahemetis in Alcorhano arguta Cantilena legitur, nullam numerorum reperies particulam, quæ attributi numeri laudem non mereatur; atque itidem peccatum; cum vnitas ipſa, monaſque ſterilitas ſit; nihil enim niſi combinatum ſit, natura gignit, & paritur. Dyada verò Pithagorici (vt ait Plutarchus) litem, & audaciam ſignificare volebant; cum ſanè in actore, ac reo tantùm non ſit concordia. Triade rerum interitum ſignificabat, Parcharum trium comitatu quo omnia diſſolui fatentur mithologi; quibus poſtea in quaternione ætatis reſpondeant annualis tẽpora Ver, æſtas, Autumnus, Hyems; quæ interitum præparant. Quinarij numeri prauitas in Coniugijs traditur, quod ex binario namque pari conſurgit, & ex impari binario, vt Heſiodi interpretes fatentur, diciturque hic numerus agamos; quinta Luna Erynnas ferunt natas: quinta inde Luna deierantes omnes commori Melampodis commentario ex Heſiodi cõmentarijs itidem habemus: idque à ſe animaduerſum ſcribit auctor. Senarius ſenionem; ac Itexiten in talis iactum improſperum habebat apud Veteres. Septenarij anni grauia ſemper homini adducunt pericula. Octonarij menſes fætum non educant ratione à Protoſpathario adducta: noueni item anni periculoſi ſunt; decimatio non ne infauſta, cum ipſo numero noxij; immo pro noxijs exercitibus decem fortaſse innocentes ad fuſtem, cædemque protraherentur, vt apud Tacit lib. 1. Annal. Plutarchum in Vita Bruti legimus? idque legis militaris ſanctione ſanctisſima; atque ita nullius eſt numeri particula, quę, ſi volumus admouere ingenij vim, priuilegio aliquo, aut infamia non adnotetur; quia videlicet merę iſtę quiſquiliæ ſunt, & inanes gerræ, prout ad vim naturalem pertinent: quòd ſi nume-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

numeralis, & periodica vis in rebus ab Augustino laudatur, in religionis misterijs illum dixisse puto; Verùm quoniam ad hoc refellendum Galeni Magni testimonium adesse scio: age Galenum ipsum inspiciant 3. de Dieb. Decret. lib. vbi argumentis Cordiano nodo strictioribus, clauaque Herculis validioribus numerariorum destruit has imaginarias nebulas: quamuis enim totum integrum absoluat 11. contra eos, qui nugantur de numerorum dignitate, capite hæc profert 8.

Atsi dierum numerus ipse decernendi facultatem haberet, non frequenter diebus imparibus, rarò paribus, verùm perpetuò imparibus, numquam paribus de acutis morbis iudicium fieri oporteret: neque enim septimi, vel quarti numerus crisis est author: sed quod Luna innouante, & immutante terrena, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, meritò in ipsis, tamquam stata alterationum tempora inueniuntur; at cum in motu mutans consistat, tempus mutationibus necessariò coniunctum est, quare etiam numerus necessariò; verùm non à numeris, sed à Luna mutationes terrenis adueniunt. Non igitur quod omnis numerus par fæminam, impar masculum referat, acutorum iudicia imparibus diebus accidunt: neque enim impar absolutè pari fortior est, neque si fortior, fæmininus iam imbecillior: neque si fæmininus quidem hic, masculus autem alter sit, acutos morbos in masculis numeris indicari, diuturnos in fæmininis consentaneum est: omnia enim, quæ de numerorum virtute nugantur, tam facilè absurda deprehendimus, vt mihi subinde mirari subeat, Pithagoram illum sapientem virum numeris tantùm tribuisse. hæc Galenus. Cuius doctrinæ initiatus etiam Ioannes Tzeza, vbi interpretatur Hesiodum, nihil numeros valere confirmat, omnesque dierum numerationes, obseruationesque à Lunæ modio dispensari temperarique docet, vbi & Proclum alioquin de Philosophia benemeritum ad Aristotelis vocat ferulam, qui ea importunè, quæ tradiderant Pithagorici, de numeris crediderit. Non enim in diebus ille numerus tam efficax est, vt numerico illo situ, aut lædat, aut adiuuet, sed quia illo die phasis Lunæ obcurrit certa, validaque; sub quo solaris luminis accepta

pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

potestate Planeta ad caussandum symptomata valet, sintque interim è penu doctorum exempla. Vndecimo Maij die, ac duodecimo vellere oues, aut tondere, prata metere agricolas imperat Hesiodus, ratioque est, quòd tunc aucta solaris luminis Lunæ humiditas calida est, periculumque fit, ne per nimiam humiditatem tunc calore temperatam, fructus, si supersedeant, corrumpantur, ouesque lanarum onere ob calorem offendantur, vt inquit Proclus; Non numerica igitur vis, sed naturalis hìc obseruatur: sic etiam quinta, sextaue diei hora oues tondendas, siue vellendas Varro, & Columella præcipiunt, non quod sextus, aut quintus numerus proficuam habeant potestatem, sed quia, tunc per æstum diei cùm sudare oues incipiunt, lana mollior fit, ac sudore illustrior, vnde sucida à Plinio & Varrone, alijsque dicta est, quodque ad Hesiodum Proclus etiam, & Moschopulus docuere. Duodecimo die araneum suspendere telam idem fatetur Hesiodus, vt interpretantur doctiores, non quia duodecimus numerus huius rei causa existat, sed quia tunc inualescente Lunæ sydere, ob Solis, quo augetur splendore, Luna Aranei frigiditatem calefacit, vitreasque, crudasque illas biles, quæ excernuntur in stamina, & reticula, excoquit, vnde animalculum maturas, concoctasque materias euomit, expuitque quibus ad telam sibi prætexendam impetu valetudinis, Ioanne teste Diacono Græco interprete, impellitur, atque eadem ratio cætera quoque animalia commouet, siue ad ostendenda pluuiæ, ventorum, siue pellaciæ, ac serenitatis indicia, quia sensu vario præditissima sunt, quod doctissimè ad Arati carmina Græcus interpres Theon doctè, ac aflatim explicat. Et contra sic etiam die decimoseptimo cauendum agricolas à semente admonet Poeta idē Ascræus, quem diem conducere arbustis nihilominus fatetur, ratioque à Ioanne Protospathario adducitur, quia semen humiditate indiget & frigiditate: die vero decimo septimo maximè abundat in Luna humidum, & maximè calidū, quia à Sole plurimum respicitur, arbustisque fit dies peru-

tilis,

tilis, quia plurimum caliditate indigent, & humiditate, quarum tunc lunare ſydus eſt maxime particeps. Hæc aliaque idē Protospatharius docet, qui & ſi ad oſtendendos lecturæ loculos, quibus eſt refertiſſimus, inſtitutā doctrinæ ſuæ proponit, Pithagoreorumque teletas omnes numericas veſtigat. Canonicæ tamen Philoſophiæ inhærendo multas inſinuat probationes, quibus non numeros, ſed phaſes Lunæ dies facere in natura Criticos declarat.

Quibus morbis expectanda Criſis, & decretorij dies conſtituendi. Cap. XVIV.

AFfectiones corporis, quibus corpus in animali, vitali, aut naturali potentia læditur, diſtinguit Ptolemæus 3. ſui Quadripart. in vitia, morboſq; vitia impedimenta vocat, læſioneſque quæ inſeparabiles ſunt, affectuſque ſemel corpori imprimuntur, nec continuos, coſtanteſque, perpetuoſue adferunt labores; ſed ex ijs indelebilis inoritur oblæſio, vti ſunt cæcitas, ſurditaſque, claudicatio, gibboſitas, mutilatio membri, cicatrix, & ſimilia. Morbi verò ſunt, qui dolores, & labores, vel continuos, vel reciprocos, perque vices ſæpè redeuntes inferunt: prætereaque eorum ſeparabiles alios, qui affligunt corpus dùm adſunt, quique morte, vel ſalute terminantur dicimus; vti ſunt Apoplexia, pleuritis, phreneſis, pulmonis æſtus, diſſenteria, angina, febres, aliæque huiuſmodi affectiones; alios itidem inſeparabiles, qui vtpotè ex diuturnitate in habitum contrahuntur, atque reciproci appellantur, & qui continuò, perpetuòque quamuis non affligant; ſed reciprocantes per vices redeant, abſcedantque; corpus tamen labefactant, dolores alternos, atque anxiam adducentes valetudinem; vt podagra, iſchias ſunt, aſthma, doloreſque nephritici, lapis vrinarius, phtiſis, comitialis morbus, atque huiuſmodi; noſtra tamen ratio, cardoque in valetudinibus verſatur: in quibus criſis, ac naturæ iudicium ſperatur: Hic neque de

vitijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

vitij corporis sermo est, neque de morbis inseparabilibus, in quibus expectanda crisis non est: nec insuper immaterialibus, in quibus accidentia, qualitatesque tantùm, non humores attenduntur, increueritque tantummodo in corporibus caliditas, vel frigiditas, vt in febribus hecticis & diarijs: verùm de morbis, in quibus valet virtus ægrotantis contra humores erumpere, & qui vel morte, vel salute terminari solent: vt cholerici, sanguinei, pituitosi, atque atra bile noxij, pro humoris peccantis, vt diximus, qualitate, sanguinis videlicet, bilis melancholiæ, aut pituitæ, ac præualentia: qui humores, quamuis habeant suæ nequitiæ terminos, quibus abolentur, terminanturque, vt bilis, cui Mars præest, diebus quatuordecim; sanguis cui Sol, Venus, & Iuppiter septem, & quandoque vndecim: pituita subiecta Lunæ, ac Mercurio, quæ sexaginta quatuor euanescit; melancholiaque anno, aut tardius: vidimus enim effectum quartanæ febris duodecim annis productum; ex ipsis tamen diarij, hebdomadarij, mēstrui, annuique morbi, vt diximus, oriuntur; singuliq; præter diarios varij sunt in circuitibus, atque inæquales: hebdomadarij enim, & per dies perpetuò euariant, & modò labores, & dolores habent: modò mitescunt: nunc molestāt grauiter, nunc remissè, nec ex propria eorum facultate, & natura; verùm prout Luna diurno motu fuerit corpore coniuncta, vel per aspectum prosperis stellis, siue improsperis. Morbi menstrui similiter tempora æqualia non habent, & iuxta Solis constitutionem mutantur: ingrauescunt enim, siue remittuntur, prout etiam maleficis, vel beneficis Sol fuerit complicatus: eadem ratione, & annuis morbis inæqualia sūt tempora: fiunt enim morbi graues, & laboriosi cum symptomatibus varijs; nunc mites, & placiti. prout Planetæ, a quibus morbi emanant, stellis fuerint beneficis, siue exitiosis configurati. Hisce morbis Crises salutiferæ, vel exitiosæ expectandæ sunt, pugnaque inter morbum, virtutemque, alterutriusque victoria. Cæterum peccans humor, virtutesque non absolutè causæ effectrices crisis sunt, siue ea prospera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

siue minax sit: si enim virtus esset absolutè causa crisis salutiferæ, semper eadem benigna esset; sic nec noxius humor crisis causa efficiens est exitiosæ: nam pariter semper esset improspera, cum humoris sit semper lædere, virtuti prodesse; ex quibus æquis viribus non sequitur actio: quapropter alio egent medio, vt bona videlicet, vel mala decernantur; hoc verùm aliud non est, nisi superiorum corporum influentia; Lunæque tanquam terris vicinioris, humorumque primariæ concitatricis, vt dictum est, ex quorum felici, vel infausta constitutione Crises bonæ, vel malæ contingunt; in morbis hinc tam acutis, quàm chronicis duplicis generis causæ obseruantur; effectrices numpe, & instrumentariæ; In acutis, & qui menstruam Lunæ conuersionem non excedunt, effectrices salutiferæ causæ criseos, virtus, Lunaque: instrumentariæ, peccans humor, cælestisque optima Lunæ constitutio, cum aspectu videlicet, vel coniunctione Iouis, vel Veneris absque maleficis, vel eorum radijs, non combusta; in suis aut beneficorum dignitatibus, ac in cæli loco laudabili, nec in sesto domicilio, octauoque aut duodecimo, vt dicemus. Criseos exitiosæ efficientes causæ sunt, humor prouocans, malaque cælestis Lunæ positio, & ipsa debilis, peregrina in locis cadentibus, sole vsta, afflictata à Saturni, aut Martis præsentia, vel radijs, vel alio modo infortunata; instrumentariæ verò sunt ipsa Luna, virtutisque ægroti imbecillitas. In morbis menstruis, & qui mensibus terminantur, per annum efficientes causæ salutiferæ criseos sunt virtus, & Sol; instrumentariæ humor prouocans, cælestisque Solis prospera constitutio: si videlicet Sol fuerit potens in angulo, beneficorum radijs, aut corpore iunctus absque maleficorum noxa; pernitiosæ verò criseos effrectrices sunt Solis incongrua positio, & mala, atque peccans humor: instrumentariæ autem Solis, & virtutis ægri imbecillitas. Ita in annuis etiam efficientes causæ, & instrumentariæ malæ, vel bonæ criseos sunt planetarum constitutio, humor prouocans, virtutisque robur, aut debilitas. In morbis igitur materialibus,

& qui-

& quibus ſalute, vel morte terminari contingit, & in quibus oriri poterit pugna inter virtutem, & morbum, criſes expectandæ, dieſque critici conſtituendi iure ſunt: ſecùs in corporum vitijs, morbiſque in habitum iam contractis, atque inſeparabilibus, immaterialibuſque, inquibus ſolùm peccatur in qualitatibus, nec humorum vlla prauitas reperitur, quæ corrigi ope Medicorum, ſtellarumque ſuffragijs valeat.

De figura cælesti erigenda in morbi initio. Cap. XX.

DIximus iam abundè de cæteris; nunc de ratione, qua figura, hoc eſt cæleſtis poſituræ temperamentum (vnde iudicium ſumitur) erigitur, dicendum videtur; & ea eſt, vt obſeruatis momentis, in quibus æger decumbit, morboue affici ſe nouerit, peritus tabellam condat, ſiue Thema, in quo perceptis Planetarum vniuerſis cęli imaginem, quæ tunc (cum æger eſt afflictus) currebat concinnè vſitato more deſignet; neque ſtatim hic opponenda (quod aduerſus huius artis amatores ab inſectatoribus ſolet obijci) incertitudo temporis, morbique principij imperceptibilis obſeruatio; quòd cæca, & pedetentim, ſenſimque illabitur morbos, vt æger qua hora valetudine exciderit non ſentiat, aut adnotare non poſſit; quandoquidem nullus eſt morbus, qui eo tẽpore, quo primum incipit humorum ſocietatem laceſſere, eamque ſuo ordine dimouere nititur, indicium ſui in aſſultu non præbeat; vbi enim nos febris inuadit principio vt plurimùm rigorem, extremorum frigefactionem, & ſimilia expe-rimur; calidiores artus agnoſcimus, hinc inceſſus rarior, totum per corpus ſine labore faticatio, eſuritionis modica appetentia, membrorum torpor, quem & ſi interdiu diſſimulemus, tamen ſe prodit infirmitas ipſa laſſitudine, quæ lectum poſtulet, iter horreat, faſtidioſa tamquam euitet omnia; facillimum præſertim in nobilibus, diuitibuſque eſt id momentum percipere, quorum quietum corpus, atque omni cura à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

dolore asseruatum statim morbi morsus intelligit; cum agricolas, pullatosque febris, morbique assultus sepè in lassitudine operis, aut in laborandi necessitate decipiat: in pluribus tamen hora ipsa omninò lapsæ valetudinis patet, vt in pleuritide, apoplexia, phrenetide, angina, alijsque particularibus, in quibus ipsorum morborum facile principium sentimus. Verùm si hoc momentum omninò fuerit incertum, illud assumendum tempus est, cùm homo se affici senserit vitibusque destitui, vel denique decubuerit. Quin Albertus Magnus, Petrus Aponensis, & Marsilius Ficinus, quos Eugerius Ferrerius, & Thoma Boderius, qui recentiores de hac materia scripsere, sequuntur, & adprobant, cælestem etiam figuram posse erigi credidere, cùm Vrina ægroti fuerit oblata, & cælo de ægrotantis statu quæsitum: putarunt enim incautos, & repentinos impulsus animi cupientis ægro subuenire ab Astris sensim immitti, Cælumque inclinare Ministros, siue alios ad accersendum Medicum, eumque vel alterum de ægroto interrogandum; quod haud probare possum omninò: nam etsi aliquando experti hanc obseruationem veram esse isti, & alij sunt; inde euenit, quòd ex accidenti vero, quod sortiri difficillimum est, deduxere iudicium; cuilibet nihilominus id liberum sit experiri. Rectificabant alij cælestem figuram per Amnimodar Ptolemæi, regulam in Natiuitatibus passim vsurpatam; cum videlicet in Medio Cæli, vel Ascendente pro vicinitate numerorum gradus constituuntur, quos is Planeta obtinuerit, qui dominator in loco coniunctionis luminarium fuerit præcedenti nouilunio, vel in loco luminaris supra terram constituti, si plenilunio præcesserit decubitum, de quo etiam dubitari contingit, non secus ac in rectificanda Geneseos figura, vt in nostris Commentarijs dicemus. Cæterum in ægritudinis principio figura celestis erigenda est duodecim domiciliorum, vt in genituris assolet, cum inuicem vim communicent, atque eorumdem idem sit principium & ex Ephemerisius siue Tabulis Planetarum loca extrahenda; quod thema structura octo laterum,

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

vel sexdecim experientię meliùs congruere didicimus, quod ab aliquibus probatur. Themate denique constituto iudicabit peritus ex Astrorum complicantiâ de valetudine; quibus autem regulis, atque rationibus hæc iudicij fiat obseruatio, inferiùs ponemus.

De ratione dierum Criticorum. Cap. XXI.

AD rationem dierum Criticorum igitur accessuri, ne (vt aiunt) illotis manibus, ac aris insalutatis id facere videamur: morborum primò vim per acutam, perperacutam, chronicamque diuidi à peritis sciendum est, qua diuisione etiam Medici veteres vsi, hinc diarios, hebdomadarios, mēstruos, annuosque morbos appellarunt; diarij, ac perperacuti, veluti acutissimos dixeris, ij sunt, qui eodem die nullis factis cum ægro inducijs ipsum iugulant, affliguntque cōtinuò, vt angina pro exemplo est, & syderatio membrorum, vt illa in Martiale.

Sydere percussa est subitò Tibi Zoile lingua.

qui morbi, & si eadem die non occidant, in breuissimum tempus terminantur. Hæbdomadarios, acutioresque, eos vocamus, qui septem diebus finiuntur; suntque pleuritis, phrenesis, apoplexia, epatis inflammationes, affectiones epidemiæ, & aliæ, quæque tertia, quarta, quinta, sexta, septimaque cum mora fiunt. Menstrui vocantur acuti, qui decima quarta, & inter octauam supra vigesimam absoluuntur, spatioque lunaris mensis; neque Hippocratis valet contra sententia, decimamquartam die termino acutorum præsignari: hi enim plerumque non eamdem semper oxypathiam, vel si vis acutiem retinent: sed per symptomata modò ingrauescunt, modò remittuntur, prout Luna, siue nocuis, siue innocuis illuminationibus beneficorum, aut maleficorum Planetarum occurrerit; & multoties fiunt ex acutis chronici, pręterquam quod decimamquartam pertranseunt. Annui quoque sunt, quorum aliqui non vltra annum se proferunt,

idque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

idque ex motu Solis oriri ſcimus; alij annuam prætereunt lineam, Planetiſque ſuperiorioribus accenſentur Saturno, Ioui, & Marti. Confert Galenus ex Hippocratis placito inter morbos menſtruos, & annales antitheſim comparationemq; obſeruatque, quòd veluti ex Lunæ motu, ac excurſu, ex quarta in quartã menſtrui mẽſis partẽ terminari cõtingit; ita annuos ex Solis ex vna in alteram ex moeris quatuor anni proceſſione ad ſalutis, vel mortis dirigi terminationem: ægritudines quippe hyemis contractæ tempore, Veris tempore, deſſoluuntur; quæ Vere accidunt in æſtatem; quæ æſtate in Autumnum, Autumnique Hyemem prædictę terminantur. At nos in hoc libro, vbi de diebus criticis agimus, de morbis acutis, & per acutis; qui non abſcendunt à menſium præfinio circiter dicemus, & motu Lunæ regulantur: cum reliqui motu Solis, Planetarumque aliorum diuerſitate aſpectuum orti alterius ſint, & propriæ diſquiſitionis.

Decretorios dies Galenus, Medicique in coincidentes, Indicatiuos, Criticoſque diſtinguunt. Criticos conſtituunt, & radicales præcipuos ſeptimum, decimum quartum, vigeſimum, & vigeſimum ſeptimum: fieri enim commotiones in morbis his diebus ferè adſtruunt: ſic vigeſimumprimum, & vigeſimumoctauum, cum hi ſicut vigeſimus, & vigeſimus ſeptimus poſſint eſſe Critici: in quibus ſæpè naturæ vis ipſa obijcem reſiſtentis materiæ demolitura prauum humorem aggreditur, nititurque contra morbum, commutationemque, ſeu Criſim ad ſalutem, vel malum excitat. Dies indicatiui ij ſunt, in quibus indicia, rudimentaque Medicis traduntur à natura alterationis, mutationiſque materiæ, indicantque quicquid natura die Critico radicali mali, fauſtique videtur patratura; ſuntque quartus, vndecimus, decimus ſeptimus, & vigeſimus quintus: quarto enim indicium ſumimus commotionis à natura exhibendæ in ſeptimo; quę oſtendat decimus quartus auſpicamur ab vndecimo; in decimo ſeptimo, vel decimo octauo, quæ contingenda in vigeſimo, vel vigeſimo primo ſunt, conſpicimus; ita vigeſimo quarto, vel

quinto colligimus, quæ in vigesimo septimo, vel vigesimo octauo ad crisim nunciantur. Incidentes sanè dies, quos intermedios cum Criticis, & indicatiuis esse dicimus, de quibus, cùm de diebus decretorijs cap. 3. lib. 8. agit, scribit Galenus, eosque in morbis acutioribus tantùm considerat, perpenditque, quòd in eis aliquando iudicium, & crisis fiat, cita nempe, ac conuulsa natura à malefica qualitate, ac ad eam expellendam irritata, non dum concurrente causa superioris illius suffragij, quod sydera esse cognoscimus. Materia autem non nisi cholerica esse potest, ac furiosæ prauitatis, cuius stimulare naturam vis est, deque triduo in triduũ ciere: hæcque Crisis ex Galeno ærumnosa est, & vt plurimũ noxia: nam & idonea ad fouendos spiritus, quæque iuuant vnà cum maleficis per eam excernuntur: fitque hic motus à natura violenter ab exteriori causa incitata, nempe aut Medicorum lapsus, aut ægroti inordinata voluntate aliquid appetendi, renuendiue, adstantium, aliorumque cura inerti, siue ab causa interiori, & ipsa materia efficitur, prauisque humoribus, quorum onus quærens natura deponere pugnãdo cum morbo, ipsis inferior fattiscit: Dierum Incidentium, vndè incohamus, est tertius, demum ternario ordine quartus, nonusque, si ulterius progredi non curamus; qui ex Galeni placito haud decretorij sunt, potentiam ex vi Lunæ, motionemque sortiti: sed vel quia ob violentiam commotionis crisim futuram quarto die tertius præcurrit; vel quia natura die quarto lassa, nec incitata quiescit, commouerturque demum ad iudicium die quinto; sic à nono, qui est intermedius inter septimum, & vndecimum morbi incohamus auspicium; quia iudicium die septimo prætermissum, quodque expertabatur die nono, redditur; vel quia sibi ad futurum die vndecimo vendicat; rarò cęterorum nonus vice septimi assumit, sepè vndecimi: Crisis enim futura die septimo numquam ad nonum protrahitur, modò errores magni valetudinis non committantur; è contra verò cùm probè omnia fuerint gesta, violenta noni diei accessio crisim non expectato

vnde-

vndecimo prodit; sic ex Galeno dies omnes, tertius, quartus, quintus, sextus septimusque decernunt; omnesque dies simul post morbi initium propter commotionis vehementiam; & cùm intra terminos peracutorum, & septimum continentur.

Quoniam autem de solari anno, Lunęque menstrua phasi disseruimus supra; nunc pro iusta dierum Criticorum explicatione primo quomodò Solaris annus in quadrantes dispescitur, adnotandum est: annus ergo instar Python ille, qui iaculis, idest radijs Phębi enectus, quipe retro reuolutus caudam sibi admordet: quatuorque nodos, spirasque habet per quatuor Cardinalia loca, quę puncta vocant periti, Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum; elapsus, Ver, Aestatē, Autumnum, Hyememque relinquit: gradus hi quatuor anni sunt, & temporis suppedanea, quibus Solis quatuor equi stabulant, totidemque Ianus ora suscipit, quandoquidem, & tessaro cephalum fuisse pictum apud Veteres reperitur: ita etiam luminaris mensis totidem discriminatus compagibus quatuor huius Planetę stationibus clauditur, fitque prima à coitu cum Sole, donec ad eiusdem tertagonum tuberans Luna peruenerit: altera cum ab hac mœra ad Solis frontem means, vultuosa, ac plena Sole est: tertia cùm ab eodem metro abscedens ad secundum quadratum reuertitur: postrema deinde cùm denuo coniunctione Solis vicinia silet, macieque luminis tenuatur: Assimilanturque hi lunares quadrantes anni ipsius partibus, cum primus quadrans recedente Luna à Sole calidus sit, & humidus, feratque Veris imaginem: secundus ad oppositionem vsque cum Sole calidus, & siccus Aestatem repręsentans: tertius ab oppositione ad secundam quadram frigidus, & siccus, sicut Autumnus; vltimus tandem, quo Luna iterum Soli iungitur, frigidus, ac humidus par Hyemi inueniatur. At veluti Solis motus in his quadrantibus inęqualis est; Lunęque in quadrantes inęquali semper sunt temporis spatio, nec eadem mensura vnum Luna, ac alterum quempiam absoluit: Sol enim ita etiam qua-

dran-

drantem Veris à principio Arietis ad principium Cancri diebus nonagintatribus, minus horis circiter quatuor perficit; æstiuum à principiò Cancri ad Libræ itidem primitias nonaginta tribus cum horis duodecim; tertiam verò quartam Autumnalem ab ingressu Libræ ad principium Capricorni diebus quoque nonaginta, minus horis quinque permeat; Hyemalem verò vltimam ab eiusdem Capricorni limine ad finem Piscium octuaginta nouem cum horis quatuor rotundat.

Notandum insuper est, diurnum Lunæ motum duplicem in Tabulis, supputationumque numeris statui à Peritis; verum nempe, seu rectum; & medium, seu inæquatum. Verum Lunæ motum diurnum eum dicimus, qui diurna lustratione Zodiaci à Luna producitur, quique singulo naturali die fit, variusque perpetuò est, aut tardus, aut velox, prout Lunaris globus in superiori, vel inferiori sui orbis parte seu epicycli proreptatur: ex Tychonicis enim scitis notum est, aliquando Lunam gradus quindecim, minutaque decem, & septem illius absoluere, qui citimus est illius motus: aliquando verò gradus vndecim, merasq; quadragintaocto minutorum, qui tardior perhibetur, qui termini hoc modo variè à Ptholemæi, Alphonsinorum, Copernicique schola, ac hypotesibus statuuntur. Motus verò medius solummodo ea ratione ab Astronomis excogitatus est (cum sit imaginarius), vt adhibitis æquationibus (quæ ex eccentrici, ac epicycli inregularitatibus desumuntur) verus demũ hoc modo exurgat; hunc medium motum vnanimi consensu, nec vmquam dissidenti calculo graduum tredecim, minutorum decem, secundorũ triginta quinque posuerunt Astronomi, mediumque inter velocem motum, & tardum Lunæ constituunt.

Sciendum præterea, quod Lunæ quamuis influxus in inferiora apparentes sint: sunt maximè nobis conspectiores, obseruanturque ob manifestiora signa; maioresque id Astrũ alterationes inducit cùm Soli iungitur, opponiturque, aut tetragonis radijs ipsum aspexerit; idemque cùm ad diametrum, tetragonasque phases peruenerit à limite, in quo in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

alicuius rei auſpicio, ſiue ægritudinis fuerit conſtituta; quâ autem ratione hæc paragantur, fiantque ſtatis temporibus potentiſſimæ mutationes lib. 3. de dieb. Crit. docet Galenus ad Medici cogitationem non ſpectare, cum Aſtronomorum hoc proprium ſit, qui genuinas afferunt cauſas; quòd Luna tunc agat angulis rectis, progrediaturque ad ſigna contrariæ naturæ, atque huiuſmodi rationibus: docet verò ibi Medicos Galenus, notum ſibi obſeruationibus, atque ab Aegyptijs placitis habuiſſe non modo ægris Lunã, verùm etiam ſanis dies quales futuri ſint, albi ne, an atri poſſe oſtendere, quadratis nempe, ac diametris ſuis: ſi enim Planetis Luna mitibus fuerit configurata, ſalubres dies, bonoſque producere; ſecus ſi aſperis, maleficiſque directa; nam graues, moleſtoſque commouet; ponitque Auctor exẽplum, quòd ſi quis oritur, qui Planetas habeat, puta, bonos in Ariete, Tauro malos, cum Luna Arietem, Libram, Cancrum, & Capricornum inſcenderit, pulchrè, commodeque Natus deget, & dies aget. Si verò quadratum Tauri, aut Oppoſitionem, Scorpionem puta, Leonem, vel Aquarium, aut Taurum, valebit Natus improſperè; præterea morbos ſalutares ſcandente Arietem, verſanteque in Libra, Cancro, Capricornoque contingere, noſſe palam eſt: malos autem, & pernitioſos, ſi eamdem Taurus, Scorpius, Leo, aut Aquarius vexerint.

His conſtitutis veris; dies critici, decretorijque, ſicut indicatiui cum ex motu Lunæ fiant, ij dicuntur, in quibus Luna præſtitutum in Zodiaco penſum luminis adſoluendo ad ſuas peruenit quadratas radiationes, oppoſitionemque à loco, in quo morbi ipſius principio fuerat: quæ cum ſui ob motus inconſtantiam modo tardum, modo celerem expediat ad ea loca curriculum, Critici dies ſtato ordine perpetuò ſtabiliri non poſſunt; hinc ſanè ſeptimus, decimuſquartus, vigeſimus ſemper critici non ſunt cum in diebus alijs deſtinatis ad criticam, dies Lunæ motu perfici poſſit: vnoquoque igitur menſe dies Critici quatuor, totidemque indicatiui ſtatuen-

di

di sunt: ita hi à criticis differunt, vt ab ipsis ad dierum criticorum rationem admonitione quadam, & indicela ducamur. Criticorum primus septimus est, qui tum fit, cum Luna ab exordio ægritudinis quartam Zodiaci partem occupauerit, gradusque nonaginta; perueneritque ad sui luminis quadratum; quod (& si ferè die septimo contingit) poterit sexto, non minus concipi, si velox fuerit Lunæ motus, aut octauo etiam die, si tardior segniorque; huius septimi indicatiuus est quartus, tempusque illud cum Luna ad dimidium sui quadrati peruenerit, lustraueritque in Zodiaco ab inuasione morbi gradus quadraginta quinque. Secundus decretorius decimusquartus est, quo Luna ad suum diametrum peruenerit, locumque oppositum, expleueritque gradus centumoctuaginta signiferi, ipsum sex emensis signis dimidiatum percurrens; eademque ratione prout Luna citatioris, aut tardioris motus extiterit in decimo tertio, aut quintodecimo cadet: hinc etiam indicatiuus secundus (quem constituunt Medici vndecimum) decimo die, ac duodecimo esse etiam poterit, prout Luna in loco intermedio à primo tetragono ad oppositionem radiauerit; atque ab ipso principio ægritudinis centum trigintaquinque gradus Zodiacalis metæ cucurrerit. Tertius ex Lunæ peragratione ad alterũ suum tetragonum fit Decretorius dies, ac cum gradus Luna ducentos septuaginta à morbi initio, nouemque signa compleuerit: nec perpetuò tamen eo ordine cadet crisis: verùm modo vigesimo, modo vigesimo primo die, modo etiam quod rarius, etiam vigesimo secundo, dum Lunæ tarditate, aut celeritate tempus producitur, cõtrahiturue: quomodo ipsius etiam indicatiuus sæpè decimoseptimo statuitur, modo etiã decimoctauo, præcisimque quo Luna ducentos viginti gradus transierit, eritque loco intermedio oppositionis, atque vltimæ quadraturæ. Mensis luminaris itidem dies vltimus criticus habetur quando ad suam epocham, & radicalem locum, eumdemque Zodiaci gradum, inquo primò fuerat nouata Luna reuertitur: quod vigesimoseptimo, octauoque po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

test contingere: Eius verò indicatiuus quartus constituitur à Luna, cùm motu suo inter vltimam quadram, locumque radicalem exoritur, absoluitque gradus quindecim supra trecentos ab initio morbi. Exemplis non indiget explicatio; adferam tamen similitudinis schedium, vt faciliori methodo oculis res subiecta fidelibus appareat clarior, prospectiorque. Aegrotat quispiam die Septembris 11. anni 1625. Meridie; quando Luna nouem gradus eius signi inscensa, minu itaque quadraginta sex Capricorno vehebatur.

SCHEMA.

I.	Lunæ motus.			Dies	H.	M.	Post Meridiem Septembris.
	G.	♑	H.	11	0	0	
Decubitus.	9		46				
Primus Ind.	24	♒	46	14	1	40	Semiquadratus.
1. Criticus.	9	♈	46	17	1	50	Quadratus sinister.
		♉					
2. Indicat.	24		46	20	5	10	Dimidium inter □ & ☍.
		♋					
2. Criticus.	9		46	23	16	36	Oppositio.
		♌					
3. Indicat.	24		46	27	5	55	Dimidium inter ☍ & □.
				Octobris.			
3. Criticus.	9	♎	46	1	5	44	Quadratus dexter.
		♏					
4. Indicat.	24		46	4	20	30	Dimidium inter □ & ☌.
		♑					
4. Decretor.	9		46	8	6	26	Locus proprius.

Cum hic in Meridie ægrotauerit Mensis Septembris die 14. hor. 1. min. 40. post Meridiem Luna gradibus 45. peragratis constituit indicatiuum primum: & die 3. completo, cum tantumodo extarent diei quarti hora 1. minuti 40. Decretorius primus accidit die 17. mensis hor. 1. min. 50. Post Merid. &

in

in principio ſeptimi ab initio morbi. Dies 2. indicatiuus cadet hor. 5. min. 10. P.M. diei 20. Septembr. & ſic die decimo, nec vndecimo à morbi inſultu. Sic ſecundus decretorius, quo Luna ad gr. 9. min. 46. ſigni Cancri perueniet, & ſuũ oppoſitum cum fiat die 23. hor. 16. min. 36. incidet in diem 13. non 14. Tertius indicatiuus cadet die 27. hor. 5. min. 45. P.M. & die 17. cuius decretorius cum Luna pertingat ſuum quadratum die primo Octobris hor. 5. min. 44. cadet die 21. non 20. Quartus indicatiuus die 4. Octobris hor. 20. min. 30. P.M. in die 24. eiuſque decretorius vltimus cùm Luna ad proprium locum regreditur die 27. completa cum hor. 6. min. 26. ac proinde in die 28.

Aliud exemplum, Egrotauit N. die 21. Iunij 1627. in Meridie.

	P.	☉	l				
Princ. morbi.	9	♎	4	21	0	0	*Iunij in Meridie.*
Primus Indic.	24	♏	4	24	18	41	*Semiquadratus.*
1. *Decret.*	9	♑	4	28	17	34	*Quadratus ſiniſter.*
		♒			*Iulij.*		
2: *Indic.*	24		4	2	0	4	
2. *Decret.*	9	♈	4	5	8	8	*Oppoſitio.*
3. *Ind.*	24	♉	4	8	12	18	
3. *Decret.*	9	♋	4	11	13	57	*Quadratus dexter.*
4. *Indic.*	24	♌	4	14	17	38	
4. *Decret.*	9	♎	4	18	7	48	*Epocha prima.*

Dies primus Criticus contingit die ſeptimo completo cum horis 11. min. 34. ac proinde octauo.

2. De-

2. Decretorius die 14. completa cum horis 8. min. 8. ac decima quinta.
3. Decretorius die 20. completo cum horis 13. min. 57. ac die 21.
Vltimus decretorius in die 27. hor. 7. min. 48. ac proinde die 28.

Hoc menstruo in Zodiaco cursu quatuor Luna dies decretorios, totidemque indicatiuos, præter incidentes, constituit. Cæterum cum acuti morbi sæpenumero in chronicos vertantur, in his Galenus, alijque decretorios vsque ad vigesimum supra centesimum numerant ab morbi insultu, quo tempore Sol suum quadratum attingit: & quamuis morbi chronici motu Solis regulantur, Medici vsque adhuc terminum Lunæ, rationes etiam obseruant quadratas, oppositasque coitu: non modo cum locis à principio morbi: sed etiam cum Sole: cum assiduè in chronis morbis fieri commotiones in ægrotis contingat in nouiluuijs, plenilunijs, ac Lunæ quadraturis cum Sole ob maximam vim Lunæ in humanis corporibus. Verùm cum Crises variò obseruentur, decretorij dies inæqualiter statuuntur, quorum distributio aptior, & concinnior. In morborum initijs ob humoris hostilis, viriumque pollentiam validam fit sepè conflictus, & crisis his diebus expectatur; postmodum quia virtus relanguit, humorumque pars aliqua attrita est, domitaque, remanet vis decretoria in mensibus, cum non possit assiduo humori virtus assistere. Obseruatur deinde hæc virtus in annis, si post menses prauitas processerit minuendi. Vigenario dierum primo ob virium ægroti pollentiam, humorumque; motus criticis in septenarijs quaternis, ternis, seu criticis, seu indicatiuis, & incidentibus auspicamur; atque in his omnibus fieri Crisis assolet, cum virtus valida non sit imminuita, atque ita in quarto, septimo, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo, & vigesimo, & incidentibus; In secundo vigenario, quia vigesimo die ad quadragesimum terminatur obseruantur à Medicis septenarij, & quaterni; nullo autem modo incidentes.

Tertio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Tertio qui die sexagesimo terminatur incipiens post quadragesimum, solùm in septenarijs vires decretoriæ obseruantur à professoribus Medicis, quas non obtinere conspicimus nec indicatiuos, nec incidentes. In reliquis verò vsque ad centumuiginti tantùm vigenariorum obseruatur ratio, singulisque viginti diebus Crises expectantur veluti 80. 100. 120. nec alijs modis: post quos, vt menses obseruandi sunt; ita post menses pro decretorijs motiuis anni sunt.

De Veterum calculis, deque medio motu Lunæ pro decretorijs diebus colligendis perperam assumptô. Cap. XXII.

AT quia de loco Lunæ medio, quem assumpserunt in diebus decretorijs colligendis Veteres disserendi ordo nobis innascitur, age parumper à præfinio deflectentes diuagemur ad amœniora philologiæ studia; aliquid de Veterum Astrologorum abacis, tabulisque (quas Ephemeridas nostri vocant) disseramus: quamuis alibi à nobis fusissimè dictũ sit, cuius vocis caput si quis postulatum, id esse dicemus, quod quodammodo in ijs diurnum Planetarum cursum digerant artis periti, septizodiumque apponunt; phasesque, cæterasque omnes, quas sydera cùm hinc inde vicissim meant, efficiunt visitationes, & ptoses. Apud Veteres fuisse Ephemeridum vsum, vti apud nos ipsos non ab negarim, Iuuenalis ductus indicela, qui inquit.

In cuius manibus seu pinguia succina tritas.
Cernis Ephemeridas.

Eas verò fuisse numeris etiam complicatas clarum est: nam numeros Babylonicos Mathematicorum vaticinia vocat Horatius, alijque Poetæ; fuisseque ibi adnotata signa, & Planetas ostendit scriptor Naturæ Lucretius, qui canit:

Vt ratio declarat eorum, qui loca Cæli
Omnia dispositis signis ornata notarunt;
Propterea fit, vt videantur dicere verum.

Cæterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Cæterum Petroniana non minùs ducor obſeruatione, qui in veſtibulo domus ſenis Trimalcionis Tabellam præfixam ſcribit, in qua, qui commodi Lunæ eſſent dies, quique incõmodi adnotarentur: vti etiam Kalendaria apud nos, quæ vulgò lunaria indigetant. Sanè, & Kalendaria fuerunt vetera, in quibus aut ruſticationis, aut rei maritimæ continerentur idoneè tempora, ſignarenturque in ijs cum Romanis diebus ſyderum Ortus, Occaſuſque; vt ruſticum eſt Kalendarium apud Palladium; aliudque vetus item ruſticum circumfertur; nec Vegetius cùm aperiri maria, ac claudi communi obſeruantia certo die indicat, non idem confirmat. Credo tamen rudiuſcule in Kalendarijs (de quibus diximus) ad notata fuiſſe ſyderum veſtigia, vt potè menſtrua; cum diurnalia Planetarum continerentur in Ephemeridibus. Extat & Ptolemæi Kalendarium; de Hipparchæo legimus. Ephemeridas verò fuiſſe numeris erectas, & illud ſequens Iuuenalis oſtendit.

Non ibit pariter numeris reuocata Traſulli

qui & Traſylli nomine appellatus à Tranquillo, alijſque auctoribus vaticinio, & amicitia Tiberij Cæſaris maximè claruit: verùm quia adhuc illo tempore rudis erat hæc facultas, ac deſpectui, quòd magis vanitatibus crederetur noxia (vt inquit Plinius) non eam in medendi methodo, niſi raró admiſerunt. Magi enim Aſtrologi dicebantur, vt Tacitus lib. Anbal. 2. *facta* (inquit) *de Mathematicis, Magiſque Italia pellendis Senatus conſula*, quod & M. Popilio Lænate, Gneo Calphurnio Coſſ. antea tentatum refert Valerius Maximus; nec modo apud primæuos Quirites; ſed minoris temporis hæc opinio etiam in Mathematicos inualuit, vt Magi crederentur, quando in ipſos legum ſtricta tela ſunt acerrima; vti habet Vulpiam. lib. 2. de Officio Proconſulis; quæ opinio cum hominum mentibus inſideret, cognoſci ſcientia non potuit; præcipuè etiam Chriſtianorum increſcente tunc ſalubritate, quæ vt ingenia ab Idolis, & Ethnicarum prauitatibus nuper auulſa, ac tenella amoueret; optimo conſilio ab ijs etiam,

quæ

quæ malè audiebant, vt Astrolcgia erat, procul deduxit; verùm crescente postmodo per deteriora barbarorum sæcula in dies Minerua non item Ephemeridũ viguit vetus illa pulchra exactio: sed Tabulis quibusdam sunt vsi rudibus sanè, & mancis; sed in quibus etiam acriora ingenia plurimùm valerent. Primus anteacto sæculo Ioannes Regiomontanus vir quidem in Cęlestibus excultæ doctrinæ rudes illas Tabulas, quibus Planetarum loca duro Marte supputabantur, expoliuit, numerisque laxioribus ad vsum Ephemeridum retulit; quæ postmodum reliquorum Mathematicorum industria in perfectissimum ordinem redactæ sunt. Tempore autem Galeni facultas hæc Romam allata Plauorini Philosophi eximijs penè argumentis conuulsa est: torsit enim contra Ptolemæum tunc Romæ degentem ingenium semiuir criticus, ijsque rationibus est aggressus, quas Sex. Empyricus, ac A. Gellius illius Philosophi perfamiliares collegerunt; ex eius demum pharetra Picus, Sauonarola, cæterique Astrologiæ hostes mutuati sunt iaculos; vti & ipse fortasse ex illa Columellæ, qui se etiam contra Astrologorum placita sub Nerone scriptitasse fatetur: (vixit enim Columella Vir sanè eloquentissimus ad Vespasiani tempora) ex quibus constare satis poterit non nisi apud Aegyptios, siue Assyrios viguisse eo tempore numerorum sinceram methodum in Astrologia, ex quibus demanabant Romam Ephemerides; reliquosque populos tenuisse confusam potius, atque aceruosam: quapropter in compingendis Lunæ motibus difficultate territi, tædioque rapidæ fugæ illius Planetæ medium pro diebus decretorijs colligendis sumpserunt: atque cum huius syderis motus sit perpetuò idem, & æqualis, ijsdem lege inuiolabili dies septimus, decimus quartus, vigesimus Critici iudicati sunt; motus enim diurnus Lunæ medius graduum tredecim minutorum decem, secundorum triginta quinque habetur ab omnibus, qui & diebus septem nonaginta duos gradus, & quatuordecim minuta occupat: Lunaque perpetuò hoc tẽpore, in fine scilicet diei septimi ad quadratum suum delabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tur; ita in diebus quatuordecim motus est graduum octuaginta quatuor, minutorm viginti octo, quo Luna die ad suum regreditur oppositum: diebus verò viginti gradus idem motus ducentos sexaginta sex, minutorum triginta duo cõplet; & quia ad ducentos septuaginta, quibus secunda quadra cõstituitur, remanent gradus sex, & minuta triginta duo, vigesimum ob id, ac vigesimum primum Criticum constituebant; quod in diebus indicatiuis obseruabant ex eodem motu medio consideratis, ac proinde semper ijsdem, nec varietatem suscipientibus. Hic demùm error prolapsus in interiora tempora inuasit posteros, non sine nobilissimæ facultatis turpitudine: nec admirari satis possum, cùm mecum ipse reputo tot homines de Cælorum prouincia benè meritos, quique artem Medicam excoluerint, quique se speculum Orci diminuisse putauerint, id non animaduertisse: nunc verò quando syderum hac in parte facultatem non Dæmonum vaticinio, nec superstitionis nequitia veram esse cognoscimus, concessumque est astra infra animum, arbitriumque nostrum agere; restauratis Ephemeridibus veros Lunæ motus habemus, cum Veteres peregrina scientia, ac Cataplo Alexandrina tantùm cognita non eadem dexteritate vti possent: suo quando tempore non intellectam apud multos Ptolem. Quadripart. 2. indicat, nec habuisse fidem, nisi apud Aegyptios, Assyrijsque; pænes quos hæc vigebat ars, vt Iuuenalis Poeta probat.

Chaldæis sed maior erit fiducia, quicquid
Dixerit Astrologus, credet de fonte relatum
Ammonis.

Ephemerides ipsorum erant opera. Idem.

Non ibit pariter numeris reuocata Trasullis:
Ad primum lapidem vectari cùm placet, hora
Sumitur ex libro.

Demum.

Aegra licet iaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosyris.

hoc est ipsius Ephemeris: non enim horæ capiuntur, nisi ex

Ephe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Ephemeridibus certæ, nec fæminarum (de quibus Poeta loquitur) valet industria illas ex Tabulis haurire; cum peritorũ impensa hæc sit: Medicorum verò altercatio, & difficultas in cardine illo voluitur; nempe de die septimo, cum an expectanda crisis in primo, fine, vel medio septimi ambigunt; quę verò, cum Luna ad quadratas radiationes suas, vel oppositionem peruenerit, ostentatur. Cæterum ex ratione dierum Criticorum vulgata, sumptaque à medio motu in fine septimi, nec alia hora incidit: isti verò cum Crisim anticipare, vel protrahi longiùs vident; qnia in tenebris micant, nec rationem vspiam habent, causas ad materiæ peccantis copiam reggerunt, ad virtutis robur, vel debilitatem, atque intemperantiam ægri, admissosque errores perperam, aliasque huiuscemodi fabulas.

Diuturnas, chronicasque ægritudines iuxta motum Solis temperari, quemadmodum acutas, subitaneasque ex Lunæ citas vicissitudine satis supra dictum est; pariterque lunari mense in acutis attendi, cùm Luna ad quadraturas suæ viæ radiationes, oppositum, seu diametrum peruenerit ab eo loco, in quo in principio morbi constituebatur; sicut in solari anno pro diebus Criticis in longioribus morbis constituendis obseruari ipsum Solem: cum Sol ad suas itidem quadraturas, aspectusque oppositos in Zodiaco deuenerit; quod intelligere voluit coryphæus medicæ disciplinæ Hippocrates, vbi æstiuas ægritudines Hyeme terminari; hyemales verò Aestate prædicauit; Galenusque, quòd diurnorum morborum temporis mutatio, limes sit. De morbis igitur chronicis, qui quamuis sequantur motum Solis, originem tamen ab alijs Planetis capere, Mercurio, Saturno, reliquisque fatendum est. Sciendum pro nunc tamen Solem cùm ad aspectum quadratum, vt pluries diximus, à loco, in quo à morbi initio radiauerat, recidit, diem constituere Criticum; eodemque modo, quando ad oppositum proprium, quadratumque secundum, ac sinistrum ab loco radicali ægritudinis relabitur, alios itidem de cretorios demonstrare; vltimumque tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

dem cum ad epocham primam, locumque radicalem in initio remeauerit; in morbis quippe, qui annum non excedunt; cum in reliquis (qui excedunt annum) alia requiratur dierum criticorum ratio; *hi enim cum terminum ægritudinis à* Planetis Superioribus Marte, Saturno, Ioueque proprium recipiant; Planetarum motus in epicyclis, eorumque passiones, directionum nempe, stationum, ac retrogradationum sunt attendendæ; nec non tempus, quando cum beneficis, vel maleficis his temporibus configurantur, de quibus aliquando suus erit dicendi locus. Interea si quis Libram Sole lustrante primo gradu decumbat, cum Sol ad primum itidem gradum Capricorni impinget, suumque quadratum sinistrũ, & tria signa, nonagintaque gradus Zodiaci absoluerit, Criticus dies primus decernetur: cum verò primum Arietis suũ oppositum, secundus dies; cùm primum Cancri limen, quadratumque dextrum, tertius itidem dies; sic cùm ad locum suum radicalem redibit ægritudinis vltimum designabit decretorium: quæ omnia experientia summa cum ipsa pateant, aures aceto eruditionis lotas amplius verborum fastidio hic onerandas non duco; verùm 2. libro quæ reliqua sunt diligentiùs, ac fusius exemplis, atque acu, vt dicunt, indicatiua tentabimus.

FINIS LIBRI PRIMI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ANDREÆ ARGOLI
D. MARCI
SERENISSIMO ANNVENTE SENATV
EQVITIS,

Medici, Philosophi, ac in Patauino Lyceo
Mathematicas ſcientias profitentis,

DE DIEBVS CRITICIS,



DE ÆGRORVM DECVBITV,
LIBER SECVNDVS.



PATAVII, M.DC.LI.

Typis Pauli Frambotti Bibliopolæ.
Superiorum permiſſu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

LECTORI CANDIDO
Auctor.

Diuidere hunc Libellum, ac in duos Tomos discriminare, Candide Lector, aequi instituti fuit, vt quasi aequum onus lances Astronomiae librae bipartitum discinderent; Apposui itaque primo Tomo, quae ad Dierum Criticorum normam facere videbantur, singula; & Medicorum, qui Patres facultatis sunt, loculos, placitaque omnia ad disciplinae virgulas pensitatim excussi. In secundo Prognostica disposui, an morbi curabiles sint, longi, chronicique, an ne, ex obseruatis Veterum aphorismis, & statu aegroti ex Lunae peragratione per dies decubitus exarato. Themata attuli, ut quae vnà proposueram, denique probarem exemplis; At vltima quidem prouincia grauis mihi, & onerosa plurimùm suborta est; quippè colligendus aceruus decubitorum Principium varius fuit; qui non nisi importuno studio, ac assiduo labore perstringi poterat; Alii enim qui priuatorum hominum, ac minutorum quoque decubitus collegerunt, & fide argui possunt, & instituto operis reprehendi; quòd cruces, patibula, sordes, ad probandam nitidissimam scientiam lectorum oculis supponerent; & eorum Geneses sectarentur, quorum etiam occursus in media Vrbe refugimus. Adde etiam quòd eorum Natiuitatum momenta, vt ipsorum origines, quoque incerta difficillimè comparari possunt, vndè postea extrahatur decubitus. Quis enim abiectitiorum, qui ad Cynosargem, ad Taygeti vallem, ad Spurcos Lacus olim proÿcerentur, natalitiam obsignarit horam? eorumque, qui ad Sancti Spiritus clatra Romae nunc exponuntur, quaerat Horoscopum? cum videamus etiam Principium non modò Geneses, sed decubitus obscurè praedicari: quàm Aristeae Proconnesÿ, quàm Cleomedis Astyphalensis, Scipionis Africani, Sullae, Augusti, Titi Caesaris, aliorumque interitus variè, dubièque à Scriptoribus referuntur? cum hi tamen in luce regia, non in tenebra vitae ciuilis versarentur. Attamen magis nota Principum in Decubitu, aut Ortu momenta esse possunt, cùm notitiae clariora, vt

Princi-

Principes sunt, subiaceant: tàm enim decubitus Alexandri Magni in eius Vita lucidè, ac concinnè refertur à Plutarcho; vt si dies natalitius, instaque hora hoc modo haberentur, iudicium fieri posset quidem exactissimum; fidem itaque operi meo comparari credidi, qui non pullati circuli hominum Geneses, ac Decubitus consuluerim, quorum qui legit probationem nusspiam aduocare posse: sed Principum, quorum Tabularia, & fama ortum, interitum notis, memoria contineant. Theses ergo has meas Genesum proposui, quæ cum ferè omnes Principum sint, notissimæ cuilibet esse possunt, qui artem calleat: & quapropter quisque etiam symbolam conferre valet, æquæ ne sint inductiones iudiciorum, an longè petitæ; ad artis amussim, an ad παρακτοψηφιστῶν, & ad calculorum trocleam protractæ. Vsus sum præterea crassiori eloquentia, ac Minerua rudiori, ne literatorum ingenia styli acumine oblæderentur. Adiunctus est insuper Codex, seù Tabula syllabica eorum omnium, quæ in libello proferuntur, vberrima, qua sine libri mihi medium χάριτος amittere videntur. Commissa etiam pleraque errata à Typographis sunt, neque ab ijs, qui ibi exercent oculariam, obseruata, quorum quædam lectioni fraudem faciunt, quædam leuiusculè sensum obturbant: Tu quæso (Amice Lector) ignosce, ac tecum mendas corrige; non enim vacauit opus relegere. Profer vna cum Flacco,

------ non ego amici
Offendor maculis.

Vale, & Mathesim cole.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DE MORBIS IN GENERE: AN SINT CVRABILES.

CAP. PRIMVM.



RINCIPALISSIMA coniectura de ægritudinis sæuitia, ac magnitudine, & an fuerit curabilis, an ad mortem terminanda auspicatur ex Natiuitatis Cælesti themate (si haberi poterit) cum enim raro contingant ægritudines absque infausta aliqua directione Luminarium, vel Ascendentis ad corpora, aut radios maleficorum; visa causa, ac imminente directione; necnon vnà transitibus, seu illius anni reuolutione, & profectionibus de facili hæc elicientur: si namque directio fuerit valida absque auxilio beneficorum Iouis, aut Veneris, nec contingens in finibus beneficorum; annique reuolutio fuerit infausta, concurrentibus etiam prauis profectionibus, prognosticandum decubitum fore magnum, fatalem, ac difficilis curationis; si verò directio fuerit debilis, reuolutio non infausta, aderintque beneficorum auxilia, sicut profectiones etiam fuerint fauorabiles, morbum curabilem, terminandum in salutem, & absque vitæ discrimine hæc decernent. Sciendum insuper maximi etiam esse momenti Genesi considerationem, cum multoties ex figura decubitus ac principio morbi nullam eiusdem morbi causam conspiciamus; cuius euidens inditium est, quod ex valida directione Aphætarum ad maleficos, ingressu anni infausto, ac prauis profectionibus ægritudo duxerit originem; si namque anni illius directiones scrutabimur; necnon aliorum temporum diuisiones, apparebunt illico causæ tanti influxus, in genitura quippè ex directionibus; & ex reuolutione ex transitibus, vel Maleficorũ super luminaria, aut Ascendens, vel horum super maleficos; cũ verò singuli geniture thema non habeant, vel non exactum, & per accidentia rectificatum; figura in hoc casu decubitus

consideranda, hisque seruatis regulis, & ordine.

Pro prognostico faciendo ex figura cælesti constructa ad morbi initium; status Luminarium, & præcipuè Lunæ considerandus; sicut Ascendentis, & eius dispositoris; ac primariò cum Domino octauæ domus figuræ comparandus. Planetæ deinceps tam benefici, quàm malefici obseruandi, quomodo videlicet cum dictis luminaribus, Ascendente, eius domino, sexta domo ægritudinum, ac octaua morti dicata configurentur: cum enim luminaria, & Ascendentis domus, & si aliqua noxa fuerint affecti à maleficis, non fuerint admodum infortunati, nec configurati cum Domino octauæ; factoque scrutinio maius reperiatur auxilium Planetarum beneficorum, quàm nocumentum maleficorum; de salute tunc ægri recuperanda, ac ægritudine in bonum terminanda coniectandum est: Si verò luminaria, Ascendens, eiusque dominator fuerint à Stellis maleficis afflicti, & cognationem habuerint cum domino mortis absque auxilio sufficienti beneficorum malum de ægritudine, seu ægri salute prognosticandum. Si Luna fuerit Veneri, vel Ioui coniuncta, vel in horum sextili radio, aut trino; & Venus, & Iuppiter sint in suis dignitatibus, salubritas in ægritudine speranda, bonumque euentum hi Planetæ pollicentur: auxiliantur etiam eorumdem beneficorum radij quadrati, aut oppositi cum Luna (cum beneficorum semper sit aliquo modo prodesse, nec nocere) licet minus quàm trinus, & sextilis; iuuat Venus magis tamen ægritudinibus colericis, sicut Iuppiter frigidis.

Saturnus in Decubitus figura Lunæ iunctus nocuus est, & vt plurimum chronicam decernit ægritudinem, ac longam; nocet tamen plus, magisque agrauat morbum cursu tardus, vel retrogradus, quam velox, & directus: prolongat enim eo modo morbum, recidiuasque pluries adducit; Orientalis calidos morbos intendit, ac exasperat magis quam Occidentalis, quando frigidos magis adauget. Sic nocent radij Saturni quadratus, ac oppositus, sicut Antiscium, & Contrantiscium cum Luna, licet minus quàm in coniunctione.

Martis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Martis, Lunæque coniunctio exitiosa est; minus verò radij quadrati, vel oppositi, quemadmodum Intuentia Martis; magisque nocet Luna crescente, quàm Lumine diminuta: sicut magis Orientalis Mars, quàm Occidentalis.

Solis, & Lunæ coniunctio semper noxia est, & sæpè mortem portendit, præcipuè partilis coniunctio, aut saltem Luna combusta à Sole non distans plus gradibus sex, ac dimidio lucis suæ orbe.

Mercurij, & Lunæ coitus nocua est, vel salutaris, prout Mercurius naturæ versatilis beneficus, aut maleficus extiterit: si namque occidentalis fuerit maleficis admixtus radijs, vel corpore absque beneficis nocuus erit cùm Lunæ fuerit iunctus; e contra proficuus si induatur natura beneficorum, quod idem de eius radijs differendum.

Si ad morbi initium Luna fuerit in loco Saturni, aut Martis in natiuitate, vel in eorum radio quadrato, vel opposito aut Intuente; morbus grauis timendus, eoque magis si maleficus Lunam aspexerit, Lunaque fuerit Aphæta, & vitæ significatrix. Si verò Luna fuerit in loco Veneris, vel Iouis Geniture, vel in eorum radijs beneficis, aut intuentibus bona speranda.

Significatores Vitæ in Natiuitate, & Domini Ascendentis geniture, & Decubitus, si in figura Decubitus fuerint à maleficis afflicti mortis periculum adducunt: nisi adsit beneficorum potens auxilium.

Sol hora decubitus in loco Natiuitatis infestato ab aliquo malefico coniunctione vel aliomodo, ægritudinem grauem portendit, sæpèque chronicam, & longam: & si in Decubitus figura ab eodem malefico affligatur peiora decernet, pessima verò si Sol fuerit Aphæta, & directione infestatus à maleficis.

Eclipsis contingens in Ascendẽte Natiuitatis, vel reuolutionis anno ægritudinis pericula adducit, sic apparitio Cometes: dummodò Eclipsis fuerit malefica, ac dominata à maleficis: & quanto maior fuerit Eclipsis, tanto magis erit no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

cua; quod idem ſæpè contingit ſi Eclipſis fiat in loco directionis Aſcendentis, ſeu luminaris ad maleficum.

Morbus incipiens anno, in quo Saturni, & Martis coniunctio fuerit celebrata in Aſcendente Geniture, aut reuolutionis, vel in loco Vitæ ſignificatoris pernitioſus eſt; ſic ſi fiat in quadrato, aut oppoſito dictorum locorum.

Aſcendens Decubitus locus malefici in genitura mala demonſtrat.

Aſcendens decubitus domus 6.7.8. 12. Natiuitatis ſemper nocuus.

In initio morbi tranſitus alicuius malefici ſuper locum Horoſcopi Natiuitatis, vel luminaris vitæ ſignificatoris lethalis eſt; minus verò ſi illum locum malefica reſpexerit quadrato, aut oppoſito.

An AEgritudo futura breuis, an longa. Cap. II.

AN ægritudines futuræ ſint chronicæ, an breues, & breui terminandæ, ex pluribus dependet coniectura; ex genitura nempe, ex reuolutione, & ex decubitu: ex genitura quidem conſpicienda eſt directio primò cauſa ægritudinis, quæ ſi fuerit luminaris, aut Aſcendentis ad vires Saturni, non ſine mora, & longitudine morbum producet; ſi verò ad Martem, vel eius radios, breuem. Conſiderandum deinde in directione, & inſultu malefici ſuper Aphætam, ſiue ſit Aſcendens, ſiue luminare, de robore, & validitate, ſicut de debilitate ſignificatoris, & promiſſoris, Aphæte ſcilicet, & Aneretæ. Si enim ſignificator vitæ, & promiſſor maleficus ambo fuerint debiles, morbus erit longus; nam facta inter eos pugna, victoria erit ambigua, ac de difficili alter alterum vincet, orietur eapropter temporis intercapedo. Si ſignificator Vitæ fuerit fortis; & promiſſor maleficus debilis breui terminabitur ægritudo, & ad ſalutem; è contra verò breui ad exitium ſi Aneret a, & promiſſor fuerit fortis, Aphæ-

ra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ta verò, & significator debilis. Considerandum est etiam anni tempus: Hyeme enim longi morbi producuntur, Aestate breuiores, Verno tempore salubres, Autumno pernitiosi, vt docet Hippocrates. Cæterùm à Saturno sicci, & frigidi proueniunt morbi, hinc longiores: A Sole, & Marte calidi, & sicci, breues: sicut à Ioue, & Venere mediocres; à Mercurio compositi, ac instabiles; à Luna sæpè reuertentes.

Ex Reuolutione, quæ diximus alibi.

In Decubitu hæc ex antiquioribus extrahuntur, & experientia.

Saturnus in figura Decubitus cum Luna, vel in opposito, quadrato, aut Intuente Lunæ morbum longum prædicit, pręcipuè verò Saturnus tardus motu: velox enim non ita longum, & chronicum decernit: sic retrogradus recidiuas adducit.

Luna eo modo applicata Saturno velox motu, & minuta lumine diuturnam prædicit ægritudinem, ac periculis implicitam; tarda autem motu, & crescens lumine minora semper mala adducit.

Mars iunctus Lunæ, vel oppositus, vel in quadrato, Antiscio, imperante, aut obediente morbos acutos procreat, breuesque, & citò ad salutem, vel mortem terminandos.

Luna propè occultationem cum Sole, & in Nouilunio vel mortem demonstrat, vel morbi longitudinem, si à maleficis fuerit afflicta.

Saturnus, & Iuppiter veloces sub Sole morbum breuem indicant, tardi vero morbi longitudinem.

Mars, Venus, Mercurius tardi motu longum designant morbum, veloces verò breuiorem.

Luminare, vel dominus Ascendẽtis afflictus in initio morbi, si fuerit applicatus Planetæ tardiori longum morbum prædicit; si veloci breuiorem.

Saturnus in Ascendente morbum prædicit longum; Mars breuem.

Luna, aut Dominus Ascendentis cum Planeta benefico retrogrado

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

trogrado salutem quidem affert: verùm morbi lõgitudinem.

Luna applicata Planetæ Orientali, directo, ac velocis motus breuem decernit ægritudinem. Occidentali retrogrado, aut tardo longam.

Luna in Horoscopo in signo mobili, vel ascendens decubitus signum mobile absque Luna, si aderunt signa lethalia, Natum citò moriturum demonstrant; sin minus, citò sanabitur. Si in signo fixo, longa erit ægritudo tam ad salutem, quàm ad mortem.

Luminare vtrumque in cadentibus ab angulis, & eorum dominatores, sicut dominus Ascendentis à maleficis afflicti periculosam portendunt ægritudinem: verùm si aderit beneficorum auxilium morbus fiet chronicus ex acuto, & seruabitur Natus præter spem.

Saturnus dominus sextæ domus longum prædicit morbũ: Mars, Sol, Iuppiter mediocrem; Venus, Mercurius, Luna breuem.

Antiquorum Aphorismi ostendentes decubitum Lethalem AEgrorum. Cap. III.

1 Dominus Ascendentis figuræ Cælestis ad initiũ morbi constructæ iunctus domino octauæ domus, vel Planetæ existenti in octaua; seu illos respexerit de quadrato, aut opposito, vel fuerit in eorum Antiscio, Imperante, vel obediente absque auxilio Iouis, aut Veneris lethalem portendit decubitum; & eo magis, si Luna etiam aliquo modo à maleficis afficiatur: si verò aderit receptio inter Dominum Ascendentis, & octauæ domus per corpus, vel per aspectum Natus non morietur: verum graui, ac longa vexabitur ægritudine: melius tamen est si dominus octauæ recipiat dominum Ascendentis, quàm si Ascendentis dominus recipiat dominum octauæ.

2 Dominus Ascendentis in octaua, & dominus octauæ iunctus, vel in quadrato, opposito, aut intuente Saturni, aut

Martis exitium decernunt.

3 Dominus Aſcendentis in octaua afflictus à maleficis, & Luna etiam infeſtata abſque beneficis mortis tribuunt indicium, hocque ex errore infirmi, regimine inordinato, alijſque commiſſis erroribus.

4 Dominus Aſcendentis in Aſcendente combuſtus mortem minatur.

5 Dominus Aſcendentis ſeparatus à domino octauæ, & applicatus malefico exiſtenti in quarta mortem annunciat.

6 Dominus Aſcendentis, & dominus octauæ infortunati mortem minantur ob ægri cauſam, quod contingit Aſcendẽte Ariete, aut Libra.

7 Dominus Aſcendentis in ſexta, & dominus ſextæ in Aſcendente; ſi aderit aſpectus maleficorum interficiunt, vel tribuunt ægritudinem chronicam.

8 Dominus Aſcendentis ſi ex ſua retrogradatione ſeparetur à domino octauæ mortis erit inditium, niſi propter retrogradationem fuerit combuſtus.

9 Dominus Aſcendentis male affectus in 6.7.12. mala portendit.

10 Dominus octauæ ſeparatus à Marte, & applicatus Soli, aut Saturno lethalem demonſtrat ægritudinem.

11 Dominus Aſcendentis cum domino 6.7.12. vel Antiſcio, Contrantiſcio, quadrato, aut oppoſito, & aliquomodo afflictus, vel mortem decernit, vel longam ægritudinem.

12 Dominus Aſcendentis in quarta afflictus à malefico, vel mortem, vel ægritudinem etiam longam producit.

13 Dominus octauæ in angulo; & Luna, & dominus Aſcendentis in cadentibus, vel afflicti à maleficis, mortis ſignum præbent; præcipuè ſi in octaua fuerit, vel dominetur maleficus.

14 Dominus Aſcendentis in 4.6.7. à maleficis oppreſſus, & dominus octauæ in Medio Cæli mortis ſignum præbet.

15 Maleficus propè lineam Orientis, vel ſtella violenta intra tres gradus vt Pallilitium, Antares, Lanx Auſtralis, Her-

cules,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

cules, Caput Medusæ malum dant inditium, præcipue Mars: nam Saturnus dat febres longas: nocent etiam hi malefici in septima, licet non sicut in prima.

16 Saturnus, vel Mars in sexta; vel alius Planeta malè affectus in sexta periculum demonstrat in ægritudine.

17 Dominus Ascendentis, vel Luna afflicta; & ambo malefici in angulis mala minantur; præcipuè si malefici se quadrato, aut opposito intueantur.

18 Luna in Libra coniuncta Marti, aut Saturno periculum affert.

19 Luna applicans domino octauæ, vel Planetæ existenti in octaua, mortis periculum decernit.

20 Luna transferens lumen à domino Ascendentis immediatè ad dominum octauæ lethalem decubitum significat.

21 Luna cum Pleiadibus, aut stellis volentis enarratis periculum mortis decernit, præsertim in octaua.

22 Luna orientalis non distans à Sole plus gradibus sex periculum minatur, & quantò propinquior, tantò pernitiosior.

23 Luna combusta in octaua in Leone mortem denunciat.

24 Luna cum Sole in 6. 7. 8. 12. affert periculum mortis.

25 Luna cum Nodis lunaribus Capite, vel Cauda Draconis accedens ad eos nec distans plus gradibus quinque, mortis affert inditium: debilius tamen est si Luna recedat à Nodis.

26 Luna initio morbi opposita, vel in quadrato Solis malè constituitur; nam in diebus criticis Luna erit in coniunctione, vel alio quadrato cum Sole.

27 Luna in Leone, vel Tauro in quarta, sæpè mortem denunciat.

28 Luna cum Saturno, aut Marte absque auxilio beneficorum perdit.

29 Luna in Ascendente semper nocet: cum sint contrariæ naturæ: & quo vicinior, eo deterior coniunctio: malè autem affecta mortis est præsagium.

30 Luna obsessa inter Martem, & Saturnum: vel inter Martem, & Solem; vel inter Solem, & Saturnum absque benefi-

corum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

eorum suffragijs mortem decernit.

31 In diurno decubitu afflictus Sol à maleficis, ita vt applicet maleficis, nec defluat, vel mortem, vel grauem ægritudinem, & longam præsagit.

32 Luminaria ambo afflicta à Saturno chronicam demonstrant ægritudinem; afflicta verò à Marte breuissimam mortem portendunt.

33 Luminaria afflicta sub terra afferunt mortis discrimina.

34 Horoscopante signo Scorpionis infirmus erit causa suæ ægritudinis: nam in sexta erit Aries, & Mars vtriq; loco dominatur.

35 Dominus Ascendentis, in Leone, vel Aquario afflictus à domino sextæ, vel duodecimæ coniunctione minatur mortem.

Alij Aphorismi Antiquorum de Decubitu placidiori. Cap. IIII.

1 Ascendens Decubitus tempore, Luna, eorumque dispositores, nec combusti nec à maleficis Saturno, vel Marte afflicti, nec in aspectu malefico domini octauæ, vel sextæ prosperum exitum decernunt in aduersa valetudine.

2 Iuppiter vel Venus in Ascendente, aut in angulis, vel succedentibus commixti Lunæ, sanitatem pollicentur.

3 Luna in cæli loco fauorabili in suis dignitatibus, vel aliomodo bene affecta, maleficis non admixta salubritatem indicat in ægritudine.

4 Luna circundata beneficis, si multùm non affligatur à maleficis, & fuerit maior beneficentia beneficorum, salutem præsagit.

5 Dominus octauæ separatus à domino Ascendentis cum auxilio beneficorum euasionem significat à morbo.

6 Dominus Ascendentis receptus à domino octauæ, & vterque à maleficis liber post desperatam salutem æger conualescet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

7 Confert maximè ad salutem si dominus Ascendentis fuerit beneficus, & honorato loco constitutus absque noxa maleficorum.

8 Luna in suo domicilio, aut Iouis, aut Veneris, cum eorumdem aspectu absque noxa maleficorum salutem pollicetur.

9 Luna separata à malefico debili, & applicata benefico potenti tandem tribuit sanitatem.

10 In figura decubitus facto scrutinio, si benefici fuerint maleficis potentiores, & configurati cum Ascendente, vel Luna; morbus ad salutem terminabitur.

11 Dominus Ascendentis natura beneficus, & honorato loco constitutus absque radijs maleficorum confert maximè ad sanitatem.

12 Sol in Ascendente, vel 6. domo, aut comburens dominum sextæ septimæ, aut octauæ salutem decernit.

13 Luna honorato loco sita, vt in Ascendente, 10. 5. 11. nona secunda, vel tertia, coniuncta domino Ascendentis, vel in eius Sextili, aut Trino, aut Antiscio, etiam si fuerit maleficus, dummodo non sit læsus ab alio malefico; etiam Luna quã malefici sint cursu aucti, & lumine salutem pollicentur.

14 Luna in loco benefici radicis, absque noxa magna maleficorum bonum exitum in ægritudine significat.

Prognostica ex Lunæ peragratione per dies Decubitus. Cap. V.

IN superioribus quatuor in Lunari mense dies criticos numerauimus, totidemq; indicatiuos; primum criticum cùm Luna ad suum Quadratum perueniebat à loco, in quo constituebatur in principio morbi; secundum quando ad suum Oppositum; tertium cùm secundam tangebat Quadram, & gradus 270. peragrasset à dicto morbi exordio; & tandem vltimum cùm mensem periodicum Luna absoluerat; sic indicatiuos dies constitui declarauimus ex Lunæ deambulatione ad loca intermedia inter criticos, seu decretorios; quæ operatio

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

præstari debet ex motu Lunæ vero, non medio, vt superius probauimus; hoc autem vel ex Ephemeridibus, vel aliomodo per tabulas Lunares innotescet; cumque motus verus Lunæ pro varia positione in epicyclo, & paruo orbe assiduò variet, errant dicentes dies hos criticos semper esse 7.14.20.27. nàm multoties Luna ad suum Quadratum peruenit die sexta, aliquandò octaua, nec perpetuò septima: sic ad secundum Quadratum modò vigesima, nunc vigesima prima; quos ambos decretorios Medici constituunt, licet rationem ignorent; Sic ad suum locum, in quo erat hora decubitus nunc reuertitur die 27. nunc 28. quos singulos decretorios esse fatendū est.

Obseruandus est Lunæ motus in toto decubitus tempore, & præcipuè in diebus criticis, ac indicatorijs; generaliter enim Luna transiens super corpora, vel radios beneficorum remittit symptomata praua, & ægrum aliquo modo subleuat: ad maleficos verò omnia exasperat, & accidentia parit infausta. Particulariter autem in decubitu lethali transeunte Luna super Iouem, aut Venerem, seu eorum radios præcipuè beneficos apparebunt aliquomodo vires beneficorum: accidentia enim prius sæua erunt remissiora, & aderit tunc temporis apparens aliqua spes euasionis à morbo. Si transierit Luna super maleficos, vel eorum radios, accidentia erunt grauiora, æger deteriùs se habebit, omniaque ruent in peius, ac exitium. Si Decubitus non fuerit lethalis, & Luna transierit super maleficos, aut eorum radios oppositos, vel quadratos, ęgritudo exacerbabitur, accidentia praua inualescent, & timores aderunt de salute: si transierit super beneficos omnia erunt placidiora, morbus tolerabitur faciliter, signaq. orientur salutis, & euasionis: circa quod notandum quod radij maleficorum sextilis, & trinus parum nocent, sicut parum iuuant oppositus, & quadratus beneficorum, nec quemadmodum sextilis, & trinus.

Circa dies criticos. Luna in die critica coniuncta Soli semper mala minatur: sic aliquomodo in quadrato, aut Soli opposita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Luna in die critica absq; aspectu Planetæ nec benefici, nec malefici, & ortis in suis dignitatibus bonæ crisis prębet inditium; nisi in morbi principio admodùm fuerit afflicta à maleficis.

Luna non afflicta in initio morbi, si in die critica à maleficis affligatur, non speranda bona in Crisi, sed saltem retardatio salutis. Si verò fuerit Luna cum beneficis optima crisis expectanda, & ad salutem.

Si Luna in die critica applicuerit malefico coniunctione; videndum quis eorum fuerit validior, & de eius natura coniectandum. Si verò Luna fuerit in oppositione benefici, & malefici, si lethalis fuerit Decubitus mala semper expectanda; in Decubitu verò non lethali morbus prolongabitur.

Radij Solis sextilis, & trinus cum Luna sunt propitij in die critica.

Luna in die critica transiens super Martem, vel Saturnum; si sint hi Planetę domini octauę periculum mortis indicit: sic transiens supra Solem.

Obseruandus est hic Lunę transitus non solùm in diebus criticis, & indicatiuis: verùm etiam in reliquis singulis in toto tempore decubitus, ex quo transitu Medicus mira experietur: transeunte namque super beneficas stellas, vel beneficorum radios, ęger subleuari videbitur, & symptomata erunt remissiora; sicut transeunte Luna super maleficos omnia exasperantur.

Transitus Lunę super loca Natiuitatis benefica, seu malefica eosdem producit effectus experientia summa: nam ingrediente Luna loca beneficorum Geniturę, siue corpus, siue radios Iouis, aut Veneris, accidentia prius praua, erunt debiliora, ęgerque meliùs se habebit: sicut è contra transeunte corpus, aut radios Saturni, vel Martis in genitura symptomata erunt grauiora cum ęgroti deterioratione: quæ Medici in alias referunt causas: & si exasperantur accidẽtia ortum ducere ex erroribus commissis, mala victus ratione, intempestiua nutritione: Si melius æger se habuerit, procedere ex pro-

pinatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

pinatis aliquibus medicamentis, alijsque solitis philaterijs putant: ò vtinam verissima hæc omnia non contigerent.

Circa tempus exitij dum dubitatur de morte: videndum an morbus fuerit acutus, an chronicus. In morbo acutissimo dubitandum ne æger quarta die moriatur, si Luna fuerit afflicta, vel saltem septima, cùm Luna ad suum peruenerit quadratum. Si morbus sit simpliciter acutus dubitandum de decimaquarta, quando Luna ad oppositum suum deuenerit, si tunc temporis fuerit iuncta maleficis, vel eorum radijs: Et ante etiam decimamquartam si Luna fuerit admodum afflicta: sicut ob beneficos poterit retardari, cùm scilicet in decimaquarta Luna beneficis occurrerit: expectādique sunt alij dies critici cum morbus acutus tunc dicatùr ex decidentia, & expectandi sunt dies 20. 21. 27. 28. & tandem beneficis nimium adiuuantibus dies 40.

Circa horam mortis Plurimi obseruarunt multoties mortem contingere cùm dominus Ascendentis in initio morbi tetigerit corpus, vel radium domini octauæ: vel dominus octauæ ad Ascendens, vel Ascendentis radios peruenerit.

Alij obseruarunt, mortem contingere, Luna scandente Medium Cæli, vel Ascendens figuræ decubitus: rarò verò posita Luna in quarta, vel septima.

De Præceptis obseruandis in Medicina.
Cap. VI.

ASTrorum cognitio, & scientia tam necessaria est Medico: vt sine illa temerarium sit Medicinam exercere; ex his namque occultæ etiam causæ morborum innotescunt: ex his auspicatur curationis ratio; & ex his occasio etiam curationis emergit. Humores nostri corporis, vt à superioribus Astrorum causis geniti, ita ab ijsdem suscipiunt alterationē: in monumentis reliquit Hippocrates ad qualitates, naturasque ægritudinum explorandas, euentusque in illis præsagiēdis propitios, seu infaustos duo præcipuè esse obseruanda,

tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

temporis nempe conditionem, & epidemiorum seù popularium morborum impetus; qui quolibet ferè anno in terris vagantes ex cælestibus causis, ac superiorum corporum influxibus producuntur; Docet insuper in solstitijs, Aequinoctijs, luminarium coitu, & oppositione, exortu stellarum adurentium, vt sunt Syrius, Phrocyon, Antares, Pallilitium, Pegasus, Capella, Hercules & aliæ medicamentis esse abstinendum (nisi maxima vrgeat necessitas) omnique studio incumbendum ne humana corpora tũc infirma ex his causis extrinsecis contrahant detrimentum; & nos tanta præcepta oscitanter floccifacimus. Scimus, & conspicimus Solem in signo Leonis, exortum Caniculæ cum Sole, vel Marte æstum augere, & corpora excalefaciendo biliosum humorem gignere, atque concitare; Scimus calidas ægritudines ex his oriri, ac humorum adustione, animantiumque corpora ob ambientis caloris copiam resolutis spiritibus debilitari, & flaccescere; in curatione tamen hanc præcipuam considerationem omittimus; Scimus generali præcepto contrariorum contraria debere esse remedia, atque ex Hippocrate plurimos morbos ex Astrorum influentijs ducere originem; cur verò in illis curandis stellarum maleficarum coniunctiones, & aspectus non attendimus? & in venæ sectione, & in medicamenti exhibitione non euitamus? curamusq; ægrotos eo præsertim tempore, quo sydera meliori situ, ac commodiori fuerint disposita? Scimus, ac experimur assiduò in morbis, ad sanitatem, aut mortem terminatis per crisim, dependere ex motu Lunæ dierum criticorum originis: cur tamen vllomodo dictum motum non attendimus in morbi decursu? quòd si sedulo attẽdatur cùm Luna maleficorum, aut beneficorum corpori, vel radijs occurrerit, mira conspicerent Medici in arte, ac certiora quidem quàm ex Hippocratis prognosticis, & doctrina; ob id non mirum si Medica ars parui penditur; pars enim hæc Astrorum apprimè necessaria prætermittitur; cupientes professores lucri cupiditate eadem die, qua lauream susceperint medicinam facere; sicque Ciuitates ciuibus spoliant, ac plurimi diu-

tiùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

tius degerent, cum multi immatura morte ex eorum erroribus vitam terminent: nec immeritò Ptolemæus 4. Quadripartiti inter violentæ mortis genera connumerat mori Medicorum reuulsionibus, propinatis nempe medicamentis tempore importuno. Amplectantur idcirco Medici Astronomiam, sic Chyrurgi, vt vtilitatem maximam in venæ sectione, membrorum incisione, ac curatione afferentem; cum cognoscant experientia quoties ex intempestiua sanguinis missione homines è vita discesserint; ac quoties frigidissimo, vel calidissimo Cælo venæ sectio attulerit detrimentum.

Sanitatis conseruatio, sicut deperditæ acquisitio (præter rationem victus competentem) in medicamentorum debita applicatione, ac venæ tempestiua sectione consistit, præter alia etiam nonnaturalia. Missio sanguinis contingit intempestiua, calidissimo, vel frigidissimo tempore: natura enim tunc temporis alioqui roboranda ob infensas qualitates natiuo calori contrarias, sanguinis missione, & spirituum resolutione debilitatur; quibus temporibus medicamenta etiam perperam propinantur: in calido namque Cælo ratione ambientis aeris calor naturalis debilis, imbecillisque natura medicamentum non amplectitur, nec actuat: hinc dicebat Hippocrat. sub Cane, & ante Canem difficiles sunt purgationes. In frigidissimo Cælo natura opus suum complete non molitur; cum ex Aristotele calidi sit rarefacere, frigidi condensare; sunt ergo præeligenda idonea tempora ad has operationes obeundas in qualitate, & in Lunæ aspectibus cum Planetis beneficis, & Planetarum eorundam inter se: de quibus aliqua breuiter percurramus.

Sciendum prius tamen, potentias, seu virtutes, quæ corpus nostrum regunt esse, vitalem, naturalem, & animalem; naturalem verò complecti attractiuam, retentiuam, digestiuam, ac expultricem. Vitalis à Sole regitur, & sedem retinet in corde; fouetur q; quando Sol in figura beneficis radijs Iouis, aut Veneris irroratur; corroboratur à calidis, & siccis temperatis, sicut à calidis, & humidis.

Natu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Naturalis residet in æpate, in quo generantur humores, sanguis, bilis, melancholia, & pituita; regitur à Ioue, Luna, & Venere. Fouetur à Ioue præcipuè vtendo calidis, ac humidis, cùm Iuppiter benè dispositus applicuerit Veneri, aut Lunæ absque noxa maleficorum.

Animalis sedem habet in cerebro; & diuiditur in intellectiuam, seu discursiuam, quam regit Mercurius; & sensitiuam, cui Luna dominatur cum Ioue, & Venere, à quibus fouetur.

Attratrix consistit ex caliditate, & siccitate, regitur à Sole, roboraturque à Luna scandente Arietem, vel Sagitarium: secus Leonem, quod signum tam in Venæ sectione, quàm medicamentorum assumptione est noxium, cum dominetur Leo Cordi, & Luna stomacho.

Retentiua constat ex frigiditate, & siccitate: regiturque à Saturno: robur recipit à Luna, existēte in signis terreis ♉ ♍ ♑.

Digestiua, & concoctrix consistit ex calido, & humido: regiturque à Ioue, ac Luna viuificatur permeante signa ♎ ♒, cum ♊ sit suspectum signum.

Expulsiua consurgit ex humido, & frigido: adiuuatur à Luna existente in ♋ ♏ ♓ quæ signa aptissima sunt ad medicamēta exhibenda, humoresque expellendos.

Circa morborum curationes, atque medicamenta exhibenda suspectus est eorum vsus tempore exortus stellarum calidarum, vt diximus Syrij, Phrocyonis, Reguli, Aldebaram, Antares, Hirci, ac huiusmodi. Sic in Aequinotijs, & solistitijs; quod de medicamentis validis, purgantibusque ex venis electiuè intelligendum est. Attendendi sunt Lunæ, Planetarumque aspectus: Luna enim maximam obtinens cum humoribus sympathiam à maleficis Planetis læsa non parum humoribus detrimenti adducit. Hinc cauendum medicamenta exhibere in Lunæ ☌ □ ☍ cum ♄ ♂, & ☼ licet non tantùm temporis sit differendum in oppositione, & quadrato sicut in coniunctione.

Versante Luna in signis ruminantibus ♈ ♉ ♌ ♑ abstinendum à medicamentis; nam vomitum excitant experientia: sic

Luna

Luna non aſcendat in epicyclo, cum humoribus ad ſuperiora delatis impetum etiam vomitus adducat. Sic eaſdem parient operationes ſi tempore exhibitionis medicamenti domini loci Lunæ, & Aſcendentis fuerint ſupra terram: quę ſingula obſeruanda, non ſunt fabulæ aniles, vt Archiatri opinantur: debet ergo Luna collocari hora medicamenti in aliquo aſpectu Iouis, aut Veneris ob virtutum naturalium corroborationem, & naturæ humanæ, cum ſint Planetæ benefici.

Luna exiſtente in Cancro roboratur natura in virtute expulſiua per electuaria: in Scorpione per potiones; in Piſcibus per pilulas.

Luna in ♋ ♏ ♓ corroboratur expulſiua à Veneris ſextili, aut trino pro euacuanda bile; pro pituita in ijſdem radijs Solis, aut Martis; pro melancholia in ſextili, aut trino Iouis.

Purgationibus idonea tempora ſunt Ver, & Autumnus: ſed neceſſitate vrgente (cum in ægritudinibus ſingulis expectare ſit ridiculum) cum his conditionibus medicamentum propinetur; electo tempore (ſi fieri poteſt) nec exceſſiuè calido, nec intensè frigido.

Medicamenta (vt diximus) exhibenda Luna commorante ♋ ♏ ♓ vel ♎ ♒ vt ſignis temperatè calidis, & humidis: potiùs decreſcente, quàm creſcente cum aſpectibus huiuſmodi Planetarum.

Purganda bilis Luna in ♋ in aſpectu ⚹ △ Veneris, aut Iouis. Phlegma in ⚹ △ Solis. Melancholia in ⚹ △ Iouis, & tunc per electuaria, & per bolos.

Per potiones Luna in ♋ expurgetur bilis in ⚹ △ Veneris, aut Iouis; Pituita in ijſdem aſpectibus Solis; Melancholia in Iouis.

Per pilulas Luna luſtrante ♓ expurgetur bilis cum radio benefico Veneris; pro pituita ſit radius Solis; pro melancholia Iouis.

Poterit etiam expurgari corpus ſingulo menſe, & quolibet medicaméto electuarijs, potionibus, aut pilulis Luna exiſtente in ♒ ♓ ♊ ♐ cum radio tamen amico beneficorum.

Coniunctio Iouis cum Luna nocet in medicamenti assumptione: naturam namque hominis corroborando impedit effectum medicinæ, ac operationem.

Extrinsecus exhibenda humano corpori sunt balnea, tonsuræ capillorum, resectio vnguium, medela oculorum.

Balnea si applicentur gratia sanitatis, sit eo tempore Luna in signis contrarijs naturæ ægritudinis; vt si fuerit sicca ægritudo, eligatur Luna in signis humidis ♋ ♏ ♓: si infirmitas humida sit Luna in signis siccis ♉ ♍ ♑ & sic de reliquis.

Crines præciduntur, vel vt pulchriores renascantur, & sic tondantur Luna crescente in signis ♉ ♏ ♎ in aspectu ⚹ △ Iouis, aut Veneris; nullis maleficorum radijs afflicti. Vt autem capilli non renascantur, celeriter tunc præcidantur Luna decrescente in ♋ ♏ cum radio Solis, vel Mercurij.

Vngues resecantur generaliter Luna crescente in ♈ ♉ ♌ ♎, cum amicabili Veneris, aut Solis aspectu.

Oculi curantur optimè, vt circa suffusiones, aliaque manu Lithotomi cum benefico radio Veneris, aut Iouis existente Luna in ♋ ♉ ♊ ♒ ♓ ♐ ♎.

Circa morbos epidemiales hæc scienda. Morbi epidemij, populares, & generaliter grassantes ex aeris constitutione ortum habent; vt etiam docet Hippocrates, & experientia; quando aer in anno declinabit ad nimiam siccitatem, aut humiditatem superfluam populares hi morbi contingunt: nam immodica siccitas generat febres acutas, ardentes, phreniti-des, variolas, morbillos, ophtalmias, capitis affectus, & dolores, ac similia.

Humiditas superflua febres diuturnas, longas, alui profluuia, anginas, apoplexiam, defluxus humorum, apostemata, & alia; quorum aliqua subiungimus multis experimentis, ac rationibus stabilita.

Euri in anno dominantes excitant passim vagantes febres ardentes, biliosas, acutas, & in his exanthemata, pustulas, carbunculos, tumores, efferuescentias, morbillos, variolas, & similia, quæ Aestatis tempore contingunt. In Hyeme rigidissi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

gidiſſimum tempus adducendo oculos, nares, aliaſque partes exaſperant, atque moleſtant.

Subſolani in medio Aeſtatis calorem adaugent; æſtus, & bilem mouent; febres pariunt acutas cum ſiti, ac ſiccitate maxima. Hyeme verò, & Vere (ſi diutius perdurant) catarrhos, ac fluxiones excitant: nam mediocriter flantes ſalubritatem adducunt.

Euronoti humores exſiccant, hinc morbos atrabilarios, & melancholicos generant omnium peſſimos.

Auſtri viſum hebetant, caput grauant, humores diſſoluũt, corpora putrefaciunt, & humores; fluxiones excitant in tonſillis, & pulmonibus, raucedines, tuſſes, vertigines, apoplexiam, epilepſiam, ſurditatem, oculorum lippitudines, mulierum abortiones, ac ſimilia procreant, quos affectus venti etiã Auſtro collaterales producunt.

Fauonius Autumno eadem producit, quæ Auſter. Vere autem, & Aeſtate eſt ſaluberrimus, præſertim in Italia, cum ſit frigidus.

Circius, Corus flant in principio Veris, & fine Autumni, quibus temporibus nimbos, procellas, fulmina, & ſimilia adducunt: nocent muſculis, neruis, articulis; generant rigores, pleuritides, laſſitudines, artuum contractiones, & ſimilia.

Boreas catarrhos excitat, anginas, pleuritides, fluxiones in partes pectoris, & adiacentes.

Saturnus mouet Ventos orientales. Iuppiter Boreales. Mars occidentales, Venus Auſtrales, de quibus alibi diſſeruimus.

In ſanguinis miſſione hæc erunt obſeruanda. Luna tunc temporis non ſit in ♊ ♌ cum vnum dominetur brachijs, alterum cordi: quibus addunt aliqui recentiores (neſcimus qua ratione) poſteriorem medietatem ♎ ♏. De primis adeſt ratio; cum ex Veterum decretis, & experientia comprobante nullomodo tangendum ſit ferro membrum dum Luna perpeat ſignum dominans illi membro; quibus autem membris ſigna dominentur diximus ſuperius; idoneum ergo tempus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

erit miſſionis ſanguinis Luna reliqua ſcandente ſigna præter ♌ ♊.

Attendenda eſt (ſi fieri poteſt) indicatio ſumpta à corporis conſtitutione nam in temperaturis ſanguineis optimum eſt ſanguinem mittere Luna verſante in ſignis terreis ♉ ♍ ♑. In cholericis Luna in ſignis contrarijs ſcilicet ♋ ♏ ♓ permanente. In melancholicis ſit Luna in ♎ ♒ in phlegmaticis Luna in ♈ ♐.

Luna à coniunctione cum Sole apta eſt iuuenibus vſque ad primam quadraturam. A prima quadra vſque ad oppoſitionem iuuenibus, & virilibus. Ab oppoſitione ad ſecundam quadram bona virilibus, & ſenibus. A ſecunda quadra ad nouam cum Sole coniunctionem Luna eſt idonea pro ſenibus.

Coniunctio Lunæ cum Sole miſſionem ſanguinis impedit (niſi vrgeat neceſſitas) per duos dies ante, & poſt, & quo tempore Luna permanet ſub radijs Solis.

Coniunctio Lunæ cum Saturno, Marte, Capite, vel Cauda Draconis prohibet die ante, & poſt; ſic radius oppoſitus, vel quadratus Martis, aut Saturni.

Coniunctio Solis cum Saturno, aut Marte, & eorum radius quadratus, vel oppoſitus impediunt die ante, & poſt.

Coniunctio, oppoſitio, & quadratus inter Saturnum, Iouem, & Martem, venæ ſectionem impediunt per horas duodecim.

Luna in ♊ ♌ prohibet ſanguinis miſſionem.

Optimus ſtatus erit quando Luna fuerit iuncta, vel in ſextili, aut trino radio Iouis, aut Veneris.

Bonus ſtatus erit quando Sol fuerit in △ ✶ Iouis, aut Veneris.

Bonus ſtatus quando Venus, & Iuppiter fuerint iuncti, vel ſe reſpexerint de ſextili, aut trino.

Aſpectus Lunæ ✶ △ cum Marte, vel Saturno non noxius.

Aſpectus Lunæ cum Mercurio erit bonus, vel malus, prout Mercurius fuerit beneficus, vel maleficus.

Luna curſu vacua nulli configurata non prohibet ſangui-

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

nis missionem; quæ præcepta sunt etiam obseruanda in scarificationibus, applicationibus cucurbitularum, & hirudinum: quæ singulę euacuationes fieri debent stomachi completa co-ctione, sereno cælo, si fieri posset, & res dat inducias, spirante vento Septentrionali, vel Orientali; secus Austro, & collateralibus propinquis.

Libuit Iatromathematicam adscriptam Hermeti Trimegisto hic apponere.

IATROMATHEMATICA HERMETIS TRISMEGISTI AD AMMONEM AEGYPTIVM.



N deiectione seminis humani ex 7. stellis radij implicantur, in vnoquoque hominis membro, similiter quoque & in exitu secundum 12. signorum zodiaci posituram. Aries enim caput dicitur. capitis autem sensoria, 7. planetis tributa sunt. dexter enim oculus soli tributus est, sinister lunæ, auditus ♄, cerebrorum ♃, lingua atque guttur ☿, odoratus atque gustus ♀, reliqua denique sanguinea ♂. Horum igitur si quis malè positus fuerit in satu aut natiuitate, in membro ei cognato oblæsio gignitur. Quatuor autem sunt generales partes in homine, caput, thorax, manus, & pedes: quarum vnaquæque satus aut natiuitatis tempore aliqua ex parte debilitata est, cum stella quæ ipsi dominatur in malefica positura esset: veluti oculus vnus, aut etiam duo, vel etiam auditus, vel dentes aliquid passi sunt: quin etiam sermo impeditus est. Perspicuum enim est radium malefici, cùm in horum quempiam impetum fecerit labefactasse: similiter & in thorace, aut pulmo affectus est, aut hepar, aut splen, aut cor, aut aliquid eorum quæ sunt in intestinis: & in manibus similiter, & in pedibus. aut enim digiti, aut vngues aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

aut aliqua eiusmodi partium præ cognatione afficitur. Oportet ergo vt in his quæ possunt curationem aliquam assequi, etiam auxilia congruentia admoueant ij qui contra morbum pugnant. Igitur refrigerantia omnia ac extenuantia ♄ accómodaui, atque ☿ qui natura glaciales flatuosique sunt. Calefacientia autem & replentia ♂ qui acutissimus & ignitus atque sanguinarius est. Conciliantia verò, & glutinantia, atq; omne vlcus depascens sistentia, roborantiaque ♃. atque ♀. Luna denique ad quamcunque stellam siue beneficam siue maleficam accesserit, illius potestati se sociam adiungit. Ei igitur qui medicam scientiam profitetur contemplanda est mundana dispositio & stellæ, quomodoque inter se habeant: quoniam absque harum complexu nihil in rebus humanis fieri potest. Neque acuti morbi, neque circulares nec ab arte medica vllus seruatur: nec qui curæ habitus est diligenti, incolumis euadit aut moritur. Igitur medicus ægri decubitum explorare debet, qua hora fuerit: si verò non possit accuratè deprehendere horam, in qua morbus oblatus est, sumendum atque constituendum thema est, ac considerandum qualiter mundus affectus est, & ad quam stellarum luna rationem habet, an oppositam, an quadratam, vel qui cum versetur. Cum maleficis enim si conformetur, noxium morbum facit: cum beneficis autem, maximum auxilium affert. Præterea & hoc nosse oportet, vtrum luna augeatur nuneris, lumine autem deficiat, an contrà, an etiam vtroque crescat, an vtroque deficiat. A coniunctione enim & lumine & nuneris aucta quadratoque aspectu martis affecta, aut in ipsum si feratur vsque ad immutationem oppositam, periculosos & lethales morbos significat, nullo planeta benefico interueniente: si enim aliquis horum interueniat, grauis quidem morbus erit, ac prope lethalis: ægrotans verò seruabitur. Luna autem deficiente & numeris, & lumine, maximè saturno opposita ex diametro, aut quadrangulo aspectu affecta nisi post immutationem diametri leuetur morbus, periculosus erit & lethalis. Si benefici autem implicentur, vbi laborauerit aliquandiu, seruabitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

nabitur. Præterea autem aduertendum, quod quantum luna crescit numeris, tantum augetur morbus: cum verò numeris deficere cœperit, in melius incipiet etiam morbus procedere: ac constat, si creuerit numeris, morbum quoque auctum iri, donec internexum soluerit. Sic enim in meliùs conuertetur. Esto autem eiusmodi consideratio in omni corporis aggressione. Qui enim sub saturno & mercurio decumbunt, segnes erunt & tardi ad mouendos artus & totum corpus à frigore & reumatismo, paulatim morbum demonstrante: ac tardè excitabuntur, exili voce & meticulosi erunt: seipsos fouebunt vestimentis, ac lumen refugient, & crebra suspiria ducent lentè respirantes, paruis pulsibus, & auxilium calorem ducentes, ac per pulsus ostendentes se deficere ac esse languidos, ac in superficie corporis refrigerati. vti igitur in his oportet calefacientibus ac laxantibus quæ astricta sint. Qui sub ♂ & ☉ decubuerint, agitabuntur & sese iactabunt, corporis superficie ardentes, & quasi positi extra se, exilientes, in familiares iracundi, & vociferantes, oculis sine verecundia intuentes, siticulosi, lingua aspera, cupientes vinum bibere atque aquam frigescentem, balneoque vti intempestiuè: cibum verò fastidientes, linguaque assiduè in omnes complodentes, parui pulsus etiam his sunt & inordinati, rubicundi facie, & tumidi corpore; his conferet ad quintum vsque diem sanguinis detractio, & quæ ad contrahendum valent, & ad tumorem auferendum, & quæcunque natura ad cogendum prompta, opposita his adiumenta reperit: saturnalibus quidem martialia, id est quæ calefaciunt, relaxant & astrictionem soluunt: saturnalia verò martialibus, hoc est quæ refrigerant, quæ restringunt & repellunt: morbi autem cordis, artuum & arteriarum & huiusmodi, à marte & sole fiunt: astringentes autem febres, morbus lateris, & pulmonis, & quotquot sunt huiusmodi morbi, sub Saturno atque Mercurio fiunt. His igitur contrariè refrigerantia, vt solanum, veneris vmbilicus, farinæ hordei, coriandrum, feris, papaueris succus, radicis halicacabi cortex, polygonum, semperuiuum, psyllium, len-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ticula aquatica, folia vitis, cerusa, lithargyrus, lapis hæmatites, portulaca, albumen oui, lini semen, calamus, folia maluæ, malum punicum, hypocystis, cyparissus, hederæ folia, rubus, acacia, mala cydonia, pira, pira syluestria, alumen, œnanthe, dactyli, glandes, myrta, thus, rosæ virides, laurus, lentiscus, ladanum, crocus, potamogeton.

De calefacientibus.

CAlefacientia autem sunt quibus Mars & Sol dominantur ac alia quidem multa sunt, inter quæ est oleum cyprinum, omniaque odoris grati, vt vnguentum irinum, cinamomum, sampsucum, narcissus, fœnum græcum, nardus, myrrha, bdellium, styrax, cera, ocimum, cuminum, pix cruda & cocta, seuum, medulla, galbanum, iris, casia, spica nardi, thus, ammoniacum, ruta, glans vnguentaria, caricæ, coccus cnidius, aphronitrum, vua taminea, asius lapis, Cyperus, vrticæ semen, halcyonium, elleborus, pyrethrum, æris squama, chrysocolla, cepa, allia, porrum, raphanus, cicer. His igitur medicus vtitur, ac alijs quæ his similia calefaciendo sunt & relaxando, in quibus decubitus sub Saturno & Mercurio fuerit, aut alius quispiam affectus his sub illis accidat, prout Luna demonstrat. Refrigerantibus autem & repellentibus, in quibus sub Marte & Sole decubitus fuerit, aliusue quispiam affectus prehenderit.

Luna in Ariete.

Quando aliquis decubuerit, cùm Luna est in Ariete, & in coniunctione, oppositione, aut quadrato Saturni, maximè numeris diminuta, ac lumine destituta; principium morbi à refrigeratione est: & hoc manifestum erit ex capite: erit enim in eo grauitas, ac in oculis, & brachijs, & in thorace humorum defluxus, pulsus tenues, & inordinati, nocturnæ intentiones, & in profundo caliditas multa, superficies verò refrigerata, & extrema vndique frigescentia, & deliquium animi, inappetentia & intempestiui sudores. His conuenient calefacientia,

facientia, atque relaxantia, & aluum soluentia: sanguinis verò detractio inutilis. Aegrotans neque benefico se cum Luna implicante, neque ex quadrato, neque ex diametro ipsam respiciente non exuperabit: sed morietur: benè autem sese implicante cum ea æger magnoperè seruabitur; aut ex hoc morbo in alterum traducetur, in nocturnas illapsus exacerbationes. Si autem etiam Mars eamdem figuram obtineat ad Lunam, non effugiet, quin moriatur ad diametrum vsque.

Si autem Luna est in ♈ cùm quispiam decubuerit ad Martem, & Solem ita conformata, à capite morbus erit, idq; manifestum erit ex hoc, quod meninges dissolui videantur: erũt autem, & febres continuæ, & vigilia, & os æstuosum, immodica sitis, turbulenta lingua, thoracis ardores, epatis inflammatio, pulsus elati, inordinati. His vtilis erit sanguinis detractio, & applicatio eorum omnium, quæ refrigerare, & mitigare possunt: erit autem morbus delirium, & phrenitis. Sic ægrotus nullo benefico præsente cum Luna, sed Saturno cum ea complicante vsque ad oppositionem, morietur, aut in quadrato, & maximè numeris crescente Luna: si autem beneficus Lunam aspexerit, periclitatus seruabitur.

Luna in Tauro.

Si verò cùm Luna est in ♉ decubuerit aliquis, & Saturnus sit in opposito, vel quadrato, vel cum ipsa coeat, maximè priuata numeris, & lumine destituta, principium morbi erit ex crapula, & plenitudine; eruntque adstrictæ febres, hypocondriorum dolores, & articulorum, pulsus elati, & inordinati, ac totius corporis inflammatio, & peripneumonia. His igitur confert ablatio sanguinis, atque omnia, quæ habitudinem auferre possunt. Benefici autem Planetæ nisi se implicent cum ea, qui sic ægrotat ad oppositionem vsque non aufugiet quin moriatur: beneficis autem præsentibus, atque Lunam aspicientibus periclitatus seruabitur. Si autem cùm Luna in Tauro est, decubuerit aliquis Marte cum ipsa congrediente; aut Quadrato, morbus erit ex plenitudine sanguinis: erunt verò febres continuæ, & totius corporis constipatio, colli accen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ſio, oſſium dolor, vigiliæ immodicæ, & appetentia vini, & frigidorum. His ſanguinis ablatio vtilis erit, atque omnia relaxantia. Sic igitur habente ſe Marte, nullo ex beneficis implicante ſeſe, nonum diem nõ excedet; benefico autem conformante ſeſe, ſexto die ſeruabitur.

Luna in Gemini.

Cùm autem Luna eſt in ♊ & decumbat quiſpiam Saturno cõgrediente cum ipſa vel ☍ □: principium erit ex vigilijs, aut itinere, maximè ſi Luna priuetur lumine. Egredi articuli videntur, paulatimque morbus apparet, aut tertio etiam die augeri incipit, in trigeſimum vſque diem. Erunt autem tenues febres, extenuatio totius corporis, intentiones nocturnæ, pulſus tenues, parui, ſudor, & dolor ſplenis. Inſpiciente autem Marte, aut eamdem figuram obtinente poſt 30. dies infirmus morietur: beneficis autem præſentibus, ac concordantibus cum Luna in diuturnos morbos incidet; verumtamen ſeruabitur.

Si Luna in Geminis ſit in ☌ □ ☍ Martis. Luna augente ſe numeris, & lumine; morbus erit fallax, & periculoſus. Erunt enim febres continuæ, obſtructiones, ardores, pulſus elati, inordinati. His proderit ſanguinis detractio, Si autem beneficus Lunam non aſpexerit, ad diametrum vſque morietur; eamdem figuram Saturno impediente. Si verò benefici Lunam aſpexerint, ſeruabitur.

Luna in Cancro.

Luna in ♋ in ☌ ☍ □ Saturni. Morbi principium erit ex balneo, vel refrigeratione, aut ad thoracem fluxus erit, tuſſes, conſtipationes febres tenues. His proderunt omnia calefacientia: beneficis autem non aſpicientibus Lunam; ſed maleficis atteſtantibus mala perpeſſus tandem obibit.

Luna in ♋ in ☌ ☍ □ Martis; morbi principium erit ex ſanguine, & cholera, & ventriculi ſubuerſione. His conuenient omnia refrigerantia. Si verò benefici non inſpexerint ad primum tetragonum obibit. Sin bonus aliquis Lunam inſpexerit poſt, primam radiationem tetragonicam ſeruabitur.

Luna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Luna in Leone.

Luna in ♌ cum Saturni ☌ □ ☍ origo morbi erit ex ſanguinis repletione, & caliditas erit circa totum thoracem, hypocondriorum intentiones, febres intenſæ, & pulſus, & in profundo æſtus, & in ſuperficie. His conuenient omnia calefacientia, & aperientia: quod ſi beneficus Lunam non inſpexerit, ad diametrum vſque morietur. Si vero benefici aſpexerint Lunam, vbi mala pertulerit, ſeruabitur.

Luna in ♌ in ☌ ☍ □ Martis, Morbus erit ex plenitudine ſanguinis, febres aderunt cum fluoribus alui, pulſus debiles, deliquium animi, faſtidia ciborum, grauitas, & in ſomnum propenſa delatio, ac languor totius corporis, cardialgia. His proderunt omnia, quæ adſtringunt, ac refrigerant. Quodſi nullus bonus Lunam inſpexerit ad nonum diem vſq; morietur. Si verò boni inſpexerint ad diametrum vſque periclitatus ſeruabitur.

Luna in Virgine.

Luna in ♍ in ☌ ☍ □ Saturni. Morbus erit à tarda coctione, & cruditate in ventriculo, in inteſtinis tormina, & hypocondrijs, & febres ſtrictæ, & inæqualitates. His conuenient omnia calefacientia, & relaxantia. Quod ſi beneficus eam non inſpexerit, circa 14. morietur. Si verò benefici Lunam aſpexerint, incolumis, & ſaluus diù ægrotabit: verumtamen multa perpeſſus.

Luna in ♍ in ☌ ☍ □ Martis principium morbi erit ex alui fluxu, inteſtinorumque vlceratione, febres tenues, & cum multo fluxu, pulſus debiles, & crebri, inappetentia, & ventriculi ſubuerſio. His proderunt omnia adſtringentia; quod ſi beneficus Lunam non inſpexerit in die 10. morietur; ſin boni aſpexerint ſanabitur.

De Luna in Libra.

Si decumbat quis Luna in ♎ in ☌ ☍ □ Saturni; principium morbi erit ex ebrietate, & crapula, & maximè ſi minuatur lumine, & numeris, & nocturnus fiat decubitus Erunt autem, & in capite, & thorace affectus, & fluxus, tuſſes, bronchi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

grauitas circa pectus, inappetentia, noctu binæ accessiones, assidui labores, imbeccilis pulsus. His quadrabunt calefacientia omnia. Quod si Luna non possit videri ab omnibus, moueatur autem maximè; cùm in diametrum venerit, & accessionem fecerit, soluit morbum. Si verò in masculina moueatur, quousque circulum vespere attigerit, ægrotans inæqualiter, & crebriùs se exagitans saluus erit. Si verò cum vix mouetur, ac non cóspicabilis est, aut crescendo, aut deficiendo, aut alio quouis modo sanguis fluxierit, his periodus morbum soluet; pallido tamen, aut nigro colore diutius permanebunt, at nihilominus seruabuntur; si verò Mars eamdem figuram obtinuerit in tetragono citra dubium morientur.

Si Luna sit in ♍ in ☌ ☍ □ Martis; Morbus erit a plenitudine sanguinis, febres aderunt intensæ, pulsus elati, vigiliæ, inflamatio circa totum corpus. His conuenient sanguinis detractio, omnia habitudinem amoliri valentia: benefico autem non aspiciente periditabitur æger vsque ad diametrum. Sin beneficus inaspexerit periclitatus liberabitur.

Luna in Scorpione.

Cùm Luna est in Scorpione si quis decumbat in ☌ ☍ □ Saturni; principum morbi erit ab vlcere, bubonibus, aut locis occultis, hoc est ab ano, pudendis; si igitur Luna augeatur numeris, & lumine liberabitur æger.

Si vero Luna in ♏ fuerit in ☌ ☍ □ Martis, numeris, & lumine diminuta beneuolo inspicienti liberabitur ęger. Idem modus obseruabitur in hoc signo Zodiaci, qui & in reliquis, si quidem easdem figuras Luna habuerit.

Luna in Sagitario.

Cùm Luna est in Sagitario in ☌ ☍ □ Saturni; principium morbi erit ex fluxu, & ex tenuibus humoribus, & acribus fluentibus, dolores in articulis, rigores, & febres, extremorum refrigerationes, & maximè Luna numero, & lumine minuta. Duplicibus enim accessionibus æger capietur: his quadrabunt aperientia. Calefacientiaque; quod si beneuoli Lunam inspexerint periclitatus liberabitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Si in ♉ Luna fuerit ☌ ☍ □ cùm Marte, numeris, & lumine aucta; morbus erit periculosus: erit enim à plenitudine, & crapula; eruntque febres cùm fluxu, affectus colerici, alui fluxus, debiles pulsus. Hic conuenient omnia refrigerantia, & adstringentia. Si verò bonus non inspexerit Lunam, septimo die morietur; sin bonus aspexerit ad diametrum vsque periclitatus liberabitur.

De Luna in Capricorno.

Si quis decumbat Luna in ♑ in ☌ ☍ □ Saturni minuta lumine, & numeris, principium morbi erit à refrigeratione balnei, & defluxionibus tenuibus, grauitas circa thoracem, & pulmonem, tussis intentiones nocturnę, febres intensæ. His congruent aperientia, & calefacientia: quod si Lunam beneficus non inspexerint erit morbus diuturnus, non tamen morietur.

Si verò in ♑ fuerit in ☌ ☍ □ ♂ morbi principium erit à vomitu, & cholera, aut tarda coctione: erit verò morbus periculosus, inapetentia, neruorum constrictio, fluxus ventris, acrimonia circa anum & vlceratio. febres assiduæ, vt cum fluxu; debiles pulsus, circa thoracem æstuatio. His congruent cohibentia, & adstringentia. Quod si beneuoli Lunam non inspexerint in diametrum, æger morietur; sin boni post diem 7. seruabitur.

Luna in Aquario.

Si decumbat Luna in ♒ in ☌ ☍ □ Saturni; morbi principium erit à lassitudine, aut vigilijs, aut itineris defatigatione: eritque in intensione, & remissione, & ad diametrum vsque seruabitur, & maximè si benefici Lunam inspexerint.

Luna in Piscibus.

Si quis decumbat Luna in ♓ in ☌ ☍ □ Saturni; morbi principium erit à refrigeratione balnei, & defluxionibus: erũt enim homini frigora, crebræ febres, accessiones frequentes, constrictio, & punctiones, & membrorum, & hypocondriorum intensiones. Conuenient his omnia calefacientia, & aperientia; quod si benefici non aspexerint Lunam in oppositione, morietur: bonis autem aspicientibus, vbi Luna oppositionem

præte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

præterierit, liberabitur; verùm tamen ſenſum circa neruos diuturnum habebit.

Si in Piſcibus ☉ fuerit in ☌ ☍ □ Martis creſcens numeris, & lumine, erit morbi principium à plenitudine, & vinolentia, proterea, & morbus augebitur incremẽtis nocturnis: erit enim inflammatio corporis, cogitationum peruerſio, mentis delirium, capitis afflictatio, febres ardentes, & vehemens ſitis, vini appetentia. His congruet ſanguinis detractio, omniaque valentia habitudnem amoliri: ſi igitur benefici Lunam non iuſpexerint in primo quadrato, morietur. Si vero Luna eſt cum Ioue, aut Venere ☍ aut □ habentibus etiam in quacumque parte Zodiaci decumbat quis vſque, ad primum □, aut ☍ perpeſſus ſeruabitur; multum quoque hora confert in decubitu; nam ſi fuerint in Aſcendente, vel medio Cæli Planetæ, Luna cum malis verſante optimum Medicum adiuuabunt ad vitæ ſubueniendum. Inquirere igitur oportet diem, & horam decubitus, & conſiderare Mundum, quomodo fuerit affectus: nam ſine mundana contagione, & conſenſu nihil hominibus euenit.



Ani-

Animaduersio.

CVm in decubitibus infra positis tempus mortis ex varijs, & diuersis causis constituatur, ita vt aliquando videatur reecdere à mente Ptolemæi; cum omnia congruant ex recentiorum obseruationibus, libuit eapropter hæc pauca inserere.

Circa vitæ spatium sententia Ptolemæi in suo Quadripartito hæc est. Aphetæ seu vitæ significatores quinque constitui possunt; Sol nempe, Luna, Ascendens seu Horoscopus, & linea Orientalis; Pars fortunæ seu Horoscopus lunaris; & Planeta plures prærogatiuas obtinens in loco Solis, Lunæ, Ascendentis, Partis fortunæ in figura cælesti; & loco coniunctionis, aut oppositionis luminarium præcedentis Natiuitatem; in quibus hic ordo seruandus.

In Genitura diurna videndum an Sol reperiatur in loco Aphetico, & idoneo ad vitam decernendam; quæ loca sunt Medium Cæli, domus vndecima, prima, nona, & septima; omnes domus supra terram, exclusis octaua, & duodecima, nam tunc ipse stabiliendus est vitæ significator; verùm si fuerit in octaua, aut duodecima videndum an Luna fuerit in loco Aphetico, quo casu Luna statuenda est. Si luminaria ambo fuerint hac prærogatiua destituta; accipiendus est Planeta, qui plures dignitates obtinuerit in locis prædictis, dummodo fuerit repertus in loco Aphetico; quod si nec iste fuerit ad vitam moderandam idoneus, assumetur tandem pro vitæ significatore, Ascendens, seu linea Orientalis.

In Genitura nocturna primum locum occupat Luna, quæ in locis Apheticis reperta statuitur vitæ significatrix. Si verò fuerit in octaua, aut duodecima, aut sub terra; & sol fuerit in illis vigintiquinq; gradibus post lineã Orientalẽ, ac in crepusculo matutino, ipse erit vitæ moderator. Si Sol non fuerit idoneus, iterum indagandus Planeta dominator in illis locis dictis an fuerit in loco Aphetico; quo idoneo non reperto ac-

pienda

cipienda eſt Pars fortunæ, & Horoſcopus lunaris, dummodo fuerit in Aphetico loco; omnibus tamen excluſis tandem Aſcendens regionis Horoſcopus, ſeu linea Orientalis ſtatuenda eſt ſignificatrix vitæ.

Notandum quod (vt ſæpè contingit) ſi fuerint duo, aut tres ſignificatores in locis Apheticis, Sol videlicet, Luna, & dominus illorum locorum, tunc eligendus eſt validior tum ratione dignitatũ, tum ratione ſitus: ex Sole, & Luna eligendus eſt potentior: nam poſita (exempli gratia) Luna in medio Cæli in ſuis dignitatibus; Sole verò peregrino in ſeptima, aut nona, quamuis Natiuitas ſit diurna Luna erit præferenda; Dominus etiam illorum locorum potentior, poterit iuxta Ptolemæi dogmata præferri luminaribus, cùm ſcilicet fuerit in loco eminentiori, & ſuis dignitatibus.

Anaretæ, abſciſſores, & qui vitam detruncant ex Ptolemæo ſunt, corpora Saturni, & Martis, eorum radij oppſiti, & quadrati, eorum Antiſcia, imperantia, & obedientia, illorum radius Sextilis in ſignis longarum aſcenſionum, & Trinus breuium, qui radij habent vires quadrati. Poſita Luna vitæ ſignificatrice corpus Solis interimit cum ad illam peruenerit directione; idẽ multi contendunt de Solis radio Quadrato, et oppoſito. Radius quadratus Aphetæ, cùm ſcilicet Apheta peruenerit ad ſuum quadratum ideſt 75. gradus ad minus interimit. Poſito Apheta inter cuſpidem domus ſeptimæ, & medium Cæli unus ſtatuitur Anereta ideſt angulus Occidentalis; reliqua verò corpora, aut radij maleficorum incidentes inter Aphetam, & gradum Occidentis non interimunt; ſed facta diſcuſſione beneficorum, & maleficorum minuunt, vel addunt annos demoſtratos ex directione Aphetæ ad gradum Occidentis; quæ directio eſt eadem, quæ Aſcendentis ad oppoſitum loci Aphetæ dicti. Hæc eſt Ptolemæi ſententia.

Alia ſchola in plurimis conſentit cum Ptolemæo; diſcrepat in aliquibus, adſtricta (vt aſſerunt) obſeruationibus. Pro ſignificatione vitæ eoſdem ſtatuit quos Ptolemæus præter dominum illorum locorum; verùm Aſcendens, ſeu lineam Orientalem

rientalem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


rientalem primariò. Luminaria ubique collocata tam ſub terra, quàm ſupra cùm maleficis occurrerint poſſe ægritudinem, vel mortem decernere ut dominantia potentijs vitali, & naturali, ex quibus vita conſiſtit.

Aneretas eoſdem ſtatuit, quos Ptolemæus corpora, radios maleficos, & Intuentia Martis, & Saturni: Præterea corpus Lunæ, eiuſque radios quadratos, & oppoſitos (præſertim Aſcendente Apheta). Poſita Luna Apheta Solis corpus, & radij malefici interimunt: & non ſolum Luna Apheta, verum quocumq; alio, dum Sol fuerit imbutus natura malefica Martis, aut Saturni, cum diſponat eorum loco: Planetę enim ſub radijs, neque ad nocendum, neque adiuuandum idonei ex Ptolemæo; ſtatuit Aneretam domum quartam foueam Planetarum; Nodos lunares Caput, & præcipue Caudam Draconis Lunæ; Cor Leonis, Pallilitium, Antares, Herculem, Lances Libræ, aliaſque fixas maleficas; Dominum octauæ, & terminos maleficorum; ſic Cometes & Eclipſes incidentes in locum Aphetæ.

Aphetā ad ſuum quadratum ponit interimere, huncque eſſe vltimum naturalis vitæ terminum; quod Nicepſo, et Pithoſyris mixticè edocuerunt, aſſerentes neminem in uita poſſe trangredi trimorion, ideſt congeriem trium ſignorum, et radiationem tetragonicam, quæ ſuperet gradus 75. nam aliter eſſet radius Sextilis. Hinc in hoc tractu Italiæ poſſet quis viuere annis 120. poſito Apheta Aſcendēte in principio Leonis, ex diſtantia graduum vſque ad principium Scorpij. In Germania verò, et regionibus, in quibus Polus Boreus magis eleuatur annis admodum pluribus pro numero graduum inter aſcenſiones primi gradus Leonis, et Scorpij Plin. lib. 7. cap. 4. meminit inter Appenninum montem, et Padum plurimos diuerſis annis vixiſſe, et tempore longiori. Epigenes negauit quemquam poſſe viuere annis 122. Beroſus ex Plinio annis 117. Narrant Ioannem de Temporibus vixiſſe annis 125.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.



VGo Boncompagnus Bononiensis Lauream Doctoratus suscipit Anno 1530. & exinde Lecturam ordinarij in patria 1534. quam quinquennio exercuit, Romam ingreditur 1539. paulò ibi commoratus eligitur Collateralis Campidolij. Anno 1549. Locumtenens Auditoris Cameræ Apostolicæ in causis Ciuilibus. Anno 1562. iussu Principis pergit cum honore Tridentum ad Concilium.


Anno 1565. 12. Maij renunciatur Cardinalis ex directione Medij Cæli ad Sextiles Iouis.

Anno 1572. 13. Maij mortuo Pio V. eligitur in Pontificem ex directione Medij Cælij ad trinum Vneris, quæ in sua exaltatione, & domicilio Iouis erat imbuta Contra antiscio eiusdem Iouis.

Homo tandem cedit naturæ, & moritur 1585. 10. Aprilis ex directione Ascendentis Aphetæ ad Trinum Saturni.

Asc. recta M.C. gr. 23. 2.	Asc. rect. M.C. gr. 23. 2.	Asc. obl. Asc. gr. 113. 2.
Asc. rect. △ ♃ gr. 86. 8.	Asc. △ ♀ gr. 93. 19.	Asc △ ♄ gr. 196. 3.
Direct. gr. 63. 6.	Directio gr. 70. 17.	Direct gr. 83. 1.

DECVBITVS GREGORII XIII.



Die 7. Aprilis Pontifex celebrato Missæ Sacrificio cum regreßus esset in cubiculum ex improuiso animi deliquio corripitur; quo simptomate eadem die, & sequentibus pluries repetito cum lenta febricula tandem ætatis annis 83. completis diem clausit 10. eiusdem mensis annis 1585.

Huius Decubitus tempore Luna erat in Ascendente suo domicilio in quadrato Saturni domini octauæ, quæ ex Aphorismis mortem portendebat. Insuper erat in quadrato Solis, & in Antiscio radicali Saturni.


Mars in Ascendente Natiuitatis.

Iuppiter alter dominus Ascendentis in quadrato Martis.

Sol dominus Ascendentis Natiuitatis iunctus Saturno, omnia ominosa.

Mercurius in Contra Antiscio Saturni, & Luna afflicta cerebri affectus ostendebant.

SIXSTVS V. PONT. MAX.



Hic in Picino loco humili natus S. Francisci familiam ingressus Felix Perectus dicitur; mox in religione honoribus singulis potitus à Pio V. Pontifice Cardinalis eligitur, & Montaltus nuncupatur: mortuo tandem Gregorio XIII. anno humanæ Salutis 1585. die 22. Aprilis, ex directione Medij cæli ad corpus Solis Pontfex illi sufficitur, & Sixtus V. se dici imperat.

Ascendens huic, quod Augusto Cæsari olim illuxit; quodque in numismate illius Imperatoris adhuc cernitur, vt felicitatis symbolum.


Anno 1590. Ascendens Apheta, & vitæ prorogator in Martis quadratum, ac Sextiles Saturni incidit directione, & vita Pontifex extinctus est non absque susp tione veneni.

Asc. recta Solis gr.	208. 14.	Asc. □ ♂ gr.	6. 54.
Asc. recta M.C. gr.	271. 26.	Asc: Ascen. gr.	298. 14.
Directio gr.	63. 12.	Directio gr.	68. 40.

DE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVBITVS SIXTI V.



Die 14. Augusti P. M. leuis inuasit febris Pontificem; sequenti die ea immunis visus est; rediјt tertia die exinde febris, & tertianariæ typum subsecuta est; tulit eam non grauiter ob applicationem Lunæ post Martis diametrum ad Iouis, Venerisque trigonum vsque ad 20. Augusti; cuius nox subsequens grauis extitit ob Martis, & Mercurij quadratum: traxit enim febris incrementum, factaque continua est.


Die 24. ob corpus Saturni deterius se habuit; tandemque viribus paulatim in sene detritis die 28. hora 23. extinguitur; quo tempore Luna à Marte in principio ægritudinis afflicta eidem Marti copulabatur.

Fuit ægritudo biliosa, atque de Martis natura, cum Mercurius succederet loco directionis, & Anoretico; qui Martis naturam assumpserat. Lethalis verò fuit decubitus ob Lunam cum Nodo Austrino Marti oppositam; ob Mercurium octaua; & ob Lunam in loco Saturni radicis, Saturnumque in loco Lunæ.

Qua hora mortuus est obortæ tenebræ diem Romæ ademere: aer nubibus occupatus inter coruscationes, & fulgurum minas, fulmina immisit, quibus Vrbis loca plurima tacta sunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

VRBANVS VII. PONT. MAX.



Latitudines.

♄	0	56	M.M
♃	0	35	S.D.
♂	0	6	S.D.
☉			
♀	5	0	M.D.
☿	1	8	S.D.
☽	2	56	S.D.

Antiscia.

♄	♏	18	45
♃	♑	16	24
♂	♓	22	17
☉	♉	9	38
♀	♉	12	32
☿	♉	0	59
☽	♈	18	19

IOannes Baptiſta Caſtagna renunciatus Cardinalis à Gregorio XIII. die 15. Decembris 1583. ex directione Medij Cæli ad trinum Iouis: 1590. 15. Septembris mortuo Sixto eligitur in Pontificem, ex directione Medij Cæli ad corpus Solis exiſtentis prope Regulum.

Eodem anno 1590. 27. Septembris diem obijt ex directione Aſcendentis ad quadratum Saturni cum ſuſpitione veneni, quod minabatur idem Saturnus in quinta in oppoſito Veneris; quæ opinio poſtea inualuit apud Vulgum, aſſerentem conſpici abſolutionem in Penitentiaria Apoſtolica cuiuſdam; qui tribus Pontificibus venenum propinauerat.


Aſc. recta Medio Cæli gr. 73. 57.
Aſc. recta △ ♃. g. 136. 16.
Directio gr. 62. 19.

Aſc. recta Medij Cæli gr. 73. 57.
Aſc: ☌ ☉ gr. 142. 57.
Directio gr. 69. 0.

Aſcenſio Aſcend. gr. 163. 57.
Aſcenſio □ ♄ gr. 232. 57.
Directio gr. 69. 0.

DE-

DECVBITVS VRBANI VII.



Die 17. Septembris Pontifex post datam audientiam plurimis mane fere defessus est; post prandium in lecto quiescens hora circiter tertia P. M. parum riguit, & febris eum inuasit.

Luna erat in quadrato Saturni Natiuitatis, cuius Ascendentis dominus Mercurius in loco Lunæ in octaua morabatur.


Saturnus dominus Ascendentis in sexta in quadrato Solis positi in octaua Mars in octaua; & Cauda Draconis in Ascendente.

Conditiones supradictæ ex pluribus Aphorismis lethalem decubitum portendebant.

Die 27. Septembris obijt cum totius Romæ lacbrymis; hora, qua Mars applicabat Lunæ, & Ascendenti Natiuitatis.

Luna, & Venus in Tauro in quadrato Saturni venenatam materiam minabantur vel genitam, vel propinatam.

CLEMENS VIII. PONT. MAX.




HIppolitus hic Aldobrandinæ familiæ Florentinus Rotæ Auditor, à Sixto V. Datarius, & Cardinalis eligitur, mittiturque Legatus in Poloniam. Mortuo Innocentio IX. Summus Pontifex 1592. renunciatur. Cùm Horoscopus vires Saturni maleficas libauit, antequam ad eius oppositum directione perueniret, ex infaustis reuolutionibus, caloris naturalis vi paulatim imminuta in prauum corporis habitum, (proceritas quando etiam incommoda senis saluti erat) hydropemque incidit; qui morbus ex incisione, iniectoque laqueo prope scrotum à Gaspare Talleacotio Medico eximio, inducias iam diu protraxit; donec propinquante tandem directione Saturni, & terminis Martis exasperari in peius cæpit ægritudo, multaque etiam post propinata medicamenta diem obijt 3. Martij 1605. Sol eo tempore præter directionem Aphetæ principalis, ad stellam violentam Pallilitij, seu oculi Tauri directione trahebatur.

Ascens. obl. ☍ Saturni gr. 338. 14		Ascensio recta ⚹ ♀ gr. 236. 8	
Ascensio Ascend. gr. 270. 0		Ascensio Medij Cæli gr. 180. 0	
Directio gr. 68. 14		Directio gr. 56. 8	

DE GV-


DECVBITVS CLEMENTIS VIII.



Contracto prauo corporis habitu, færèque depopulato natiuo calore, succedens febricula die 4. Februarij 1605. spem Medicis de Pontifice, & nepotibus rapuit.

Die 7. Februarij cum Luna ad sui semiquadratum, & quadratum Veneris, & Iouis peruenisset, non malè æger se habuit; decima verò deterius ob quadratum proprium, & Solis; die 16. suum oppositum, & Solis Luna inuadente deterrimè, quemadmodum 19. cum Planetæ Marti copularetur. Die 24. spes rediјt aliqua, ita vt Petrus Cardinalis Aldobrandinus alioqui semper in cubiculo apud Pontificem commoratus, in via Flaminia, quam Cursum vocitant visus hilaris in curru sit: Luna enim applicabat trino Veneris, & Iouis; quod tamen tenue præstitit auxilium; nam 28. contraria successere; donec tandem 3. Martij extingueretur, tempore meæ prædictioni congruo: extincturum enim dixeram cùm Luna corpori Saturni radicali applicaretur.

GREGORIVS XV. PONT. MAX.




ALexander Ludouisius Bononiensis Auditor Rotæ, Legatus à Paulo V. ad Ducem Sabaudiæ ad componendas cum Rege Hispaniarum res mittitur; à quo Pontifice mox Cardinalis renunciatus vacante Sancta Sede eidem Pontifex sufficitur anno 1621. Februarij ex M. C. ad △ ♀. Anno 1623. 8. Iulij diem obijt, quo tempore Ascendens Mercurij quadratum tangebat directione, malefici, Occidentalis, Martisque natura imbuti; cum paulò etiam ante Luna ad Saturni tetragonum peruenisset, qua directione naturalis omninò calor extinctus est.

Ascensio □ ☿ *gr.*	242. 9	*Ascensio recta* △ ♀ *gr.*	149. 58
Ascensio Ascend. gr.	172. 45	*Ascensio Medij Cæli gr.*	82. 45
Directio gr.	69. 24	*Directio gr.*	67. 13

DE-

DECVBITVS GREGORII XV.



ETsi Pontifex aduersa valetudine perpetuò faticabatur: & Mense Aprilis plures febriles insultus fuerat perpeßus; beneficio tamen calescentis aeris, æstas prospera seni credebatur: cùm ecce die 30. Iunij horæ Italica 12. rigor ita validus eum inuasit, vt per tria horarum spatia adhibitis quamuis vndequaque fomentis vix calor corpori redderetur; facta est continua febris, & si leuicula; quæ vires statim seniles detriuit, itaut etiam virtus naturalis in eijciendis excrementis deficeret. Fui færè quotidie cum alijs Medicis in totius morbi progreßu. Oculi erant syderati quodammodo, nec nisi rarò claudebantur: sic resolutione moritur die 8. Iulij, & hora qua adunguem Luna Antiscio radicalis Martis iungebatur; & in figura decubitus contra antiscio Saturni.

In decubitu Sol dominus Ascendentis est in opposito Martis. Luna cum Saturno in opposito loci Martis radicalis Domini octauæ, & Saturnus dominus sextæ, vbi prope Mars.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

46 54

♂ 0 58
♌ 1 38
☽ 29 10 ♋
♊ 26 43
♉ 19 22
♀ 10 13
☉ 25 33
♈ 15 18
☊ 14 44
♓ 19 26
♀ 12 46
♌ 26 43
♍ 19 26
♄ 21 7
♒ 26 43
♎ 15 16
♏ 19 22
♃ 9 33
♐ 28 43
☿ ☋ 0 20
♒ 1 38

136 54

1 5 6 8.

Aprilis.

D. H. M.
5. 1. 33. P. M.

Pol. 43.

Latitudines.

♄	2	9	M.D
♃	0	53	S. D
♂	2	17	M.D
☉			
♀	0	50	M.A
☿	0	59	S. A
☽	4	49	M.A

Antiscia.

♄	♈	8	55
♃	♑	20	27
♂	♉	29	2
☉	♍	4	27
♀	♎	17	14
☿	♌	19	50
☽	♊	0	50

Maffeus Barbarinus Florentinus fuit Nuntius ad Regem Galliæ Henricum IV. tempore, quo Ludouicus XIII. naſcitur. Empto Cameræ Clericatu pronunciatur Cardinalis à Paulo V.


Mortuo Gregorio XV. eligitur in Pontificem vocatum Vrbanum VIII. anno 1624 die 6. Auguſti ex directione Medij Cæli ad Sextiles Mercurij, & prope Trinum Veneris dominæ Medij Cæli; cuius Antiſcium erat cum ſtella Regia ſpica Virginis.

Vixit Pontifex annis 21. minus diebus ſeptem, ſanus cum Sol dominus Aſcendentis illud trigono reſpiceret abſque noxa maleficorum. Moritur 1644. 29. Iulij ex directione Aſcendentis ad oppoſitum Solis; quæ eſt eadem directio, quæ Solis ad gradum occidentis ex Ptolemæo.

Aſcenſio recta M. C. gr.	46	54	Aſcenſio Aſcend. gr.	136	54
Aſc. ⚹ ☿ gr.	102	9	Aſcenſio ☉ ☍ gr.	213	2
Directio gr.	55	15	Directio gr.	76	8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOLVTIO VRBANI VIII.




DEcubitus verus haberi non potuit; pronunciato namque Cardinale Grimaldo nunquam postea benè se habuit; & moritur 29. Iulij; decubuit die 11.

Reuolutio anni erat infausta. Sol enim vitæ significator est prope Saturnum & in Contrantiscio Martis dominus Ascendentis radicalis. Luna est in loco Martis, & in octaua. Venus domina sextæ in sexta cum Pleiadibus.

Die mortis Luna erat in quadrato Saturni Natiuitatis. Sol prope Martis locum. Saturnus applicabatur Soli, & Mars in sexta reuolutionis inter Pleiades, vbi reperitur Venus dicta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ALEXANDER MAGNVS MONARCHA.



PRincipis spectabilis iussu in hoc libro inserimus Alexandri Magni Genesim, quamuis opus arduum ob tantam Scriptorum varietatem nō solùm anni Natiuitatis, sed etiam diei; cum aliqui Natum d cant 13. Aprilis; quidam sexta Iulij; alij sexta Augusti, Plutarchus *Idibus Augusti. In singulis his temporibus figuras cælestes erexîmus, omnesque indignas tanto* Monarcha, *præter vltimam* Plutarchi, *quam afferimus, regiam quidem iuxta* Ptolemæi *dogmata. Ambo luminaria sunt in angulis in proprijs dignitatibus Sol in Oriente, & Luna in* Medio *Cæli cum* Partefortunæ *&* Pleiadibus *pro potentia; Parsfortunæ cum Solis Antiscio, & Ascendens cum Antiscio Lunæ, dictaque luminaria cum Satellitijs* Planetis; *Sol præcipuè cum* Mercurio, *Imperanteque Iouis, &* Martis. *Et si fiat scrutinium (hoc themate Genesis constituto) accidentia congruunt cum causis superioribus, quæ breuitati consulentes relinquimus; inter quæ ex directione* Asc. *ad Imperans ♃ succedente illo ♂ anno 16. primam victoriam adeptus est contra* Meganenses; *& anno 33. completo ex Sole ad terminos* Martis *diē obijt, quo tempore* Mars *ad quadratum* Solis *dirigebatur.*

Veneno extinctum maior pars Auctorum contendunt; cum enim ad conuiuium à Teßalo Medico *paratum vocatus accederet, non dum* Herculis *Scipho* Epoto *repente veluti telo confißus ingemuit, elatusque è conuiuio semianimis tanto dolore est excruciatus, vt ferrum in remedium posceret.* Narrant *Aristotelis consilio ab Antipatro venenum paratum ex aqua frigidißima, quæ ad modum tenuißimi roris colli-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

gitur ex quadam petra ſudante in Nonacride, ſeruata in vngula Aſini cum omnia reliqua vaſa frangerentur; quam Antipater tradidit Caſſandro filio, Philippo, & Iollè, qui Regi miniſtrabat; qui prægustatæ potioni Regis aquã ſuperpoſuerunt; Hinc ſexto anno poſt detecto facinore Olimpias cæſis multis, Iolle mortui cineres diſſipãdas præcepit.

Pol. 41. Aſcen. Aſcendentis gr. 129. 29. Aſcenſio Solis gr. 135. 26.
Aſc. Imperant Iouis. gr. 144. 57. Aſc. term. ♂ 21. ♍ gr. 168. 37.
Directio gr. 15. 28. Directio gr. 33. 11.

ALEXANDRI REVOLVTIO.

Reuolutio Anni 34.
Augusti.
D. H. M.
12. 15. 0. P. M.


CIrca mortem ſcribit Plutarchus in diarijs reperiſſe Alexandrũ quartodecimo Kal. Quintilis in balneo febrem inuaſiſſe; poſtridie totam diem conſumpſiſſe cũ Medio in ludo taxillorum. Vndecimo Kal. facto ſacrificio ſe abluiße. Decimo ob ſummos æſtus grauem noctem perpeſſum, & die ſequenti febre ardentiſſima correptum: Octauo Kal. delatus ad ſacrificium; Septimo ad alteram traductus regiam puſillo ſopore quietum adhuc tamen febre valida, qua die, & tota ſequenti vocem nullam edidit; ita vt Macedones fremitu magno mortuum credentes in reſeratas fores irairuperent, & lectum circumdedere. Quarto tandem Kal. Quintilis deceſſit Babilone in Solis Occaſu. Nullum adfuit ſignum veneni cum corpus iacens multis diebus per loca æſtuantia eſſet recens, & immaculatum.

Cæterum præſens reuolutio infauſtiſſima eſt. Eſt in Oriente Saturnus dominus o-

ctauæ

ctauæ & in linea orientali prope Saturni Antiſcium Natiuitatis: Luna in domo Saturni Soli oppoſita domini Aſcendentis pro maiori parte, ſicut Aſcendentis radicis cum Cauda Draconis. Mars affligit quadrato vtrumque luminare, & Aſcendens Natiuitatis ex domo quinta, & Scorpione; ex quibus ſuſpitio inſurgit maxima veneni.


ASCANIVS CARDINALIS COLVMNA.



PHilippus II. Hiſpaniarum rogauit Pontificem Gregoriũ XIII. vt dignaretur denunciare Cardinalem Abbatem Aſcanium Columnã tunc in Hiſpania degentem; renuit Pontifex, vel quia Iacobus Boncompagnus filius parum conueniret cum Columnenſibus iunctus familiaritate, & conſanguinitate cum Sfortiadibus, vel alia cauſa. Sixtus V. mortuo Gregorio, reperto chyrographo Regis in ſcriniis Cardinalem denunciat Aſcanium 17. Decemb. 1586. ſcripſitque Phylippo ſe occurſum ſuo deſiderio. Hoc tempore Med. Cœli dirigebatur ad □ Solis; et Pars fortunæ ad Corpus ☽. Cum verò Aſcendens impinxit directione in Pallilitum moritur 1608. 17. Maij hora 7. noctis ſequentis, præuiſum.

Aſc. recta M.C. gr. 270. 0. Pol. 3. Diſc. ⁙ gr. 94.46. Aſc. Aſc. gr. 0. 0
Aſc. □ ☉ gr. 296. 0. Aſc. ☌ ☽ gr. 121.37. Aſc. gr. 48. 11
Direct. gr. 26. 0. Directio gr. 26.2. Direct. gr. 48. 11

DECVBITVS CARD. COLVMNAE.




PRognosticum condidi in hac Genesi Anno 1599. narrabat Anno 1582. Vere ægritudine ardenti vixatum in Hispania; ex quo accidente inter alia Genituram correxi ex directione Solis ad corpus Martis; ex qua euasit ob auxilium beneficorum.

Anno 1608. 6. Maij paulò post Meridiem febre corripitur cùm Pallilitium occurrebat directione Ascendenti; ex qua grauibus innixa simptomatibus ex ortis ex bile è vita discedit die 17. eiusdem mensis.

Luna in decubitu erat iuncta Marti in sexta prope Caudam Draconis: & Mercurius dominus Ascendentis combustus inter Pleiades.

HENRICUS II. GALLIARUM REX.




REx egregius cum sciamachiam hastiludijs animosè exerceret, hastæ fragmine per bucculam penetrante, ei oculus sauciatur; dolore deinde secuto acerrimo postquam per dies vndecim decubuerat, inter populorum merores die 10. Augusti excessit 1559. cum exitiale vulnus die 30. Iulij hora 5. P. M. circiter suscepißet.

Ascendens hoc tempore directione ad corpus Martis pergebat cum Hercule stella, & Luna ad quadratum Mercurij.

Ascensio corporis Martis gr.	76	16
Ascensio Ascendentis gr.	35	58
Directio gr.	40	18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVBITVS HENRICVS II.



Ascendens est locus oppositus Martis in Natiuitate, & in septima quæ Morti adscribitur; sicut Ascendens Vitæ locus Martis, & Herculis.

Saturnus dominus Ascendentis in Quadrato Mercurij domini Ascendentis radicis, & platico Solis dispositoris domus octauæ, propeque locum Lunæ radicalem.


Venus domina quintæ, & voluptatum; peregrina in octaua, in Quadrato Lunæ cum Cauda Draconis.

Sol dominus octauæ in octaua.

Luna platicè opposita Marti, & ambo in via lactea, quòd oculis noceant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IVLIVS CARDINALIS SABELLVS.



Latitudines.

♄	1	4	S. D
♃	1	33	M.D
♂	1	50	S. A
☉			
♀	0	57	M.D
☿	1	6	S. A
☽	5	0	M.D

Antiscia.

♄	♏	15	53
♃	♑	24	25
♂	♌	17	24
☉	♉	23	5
♀	♈	7	37
☿	♉	26	16
☽	♒	16	29

Inita legatione ad Ducem Sabaudiæ ex directione Medij Cæli ad corpus Mercurij, & trinum Iouis, creatur Cardinalis à Paulo V. 1615. 2. Decembris ex directione eiusdem Medij Cæli ad corpus Solis; & Archiepiscopus Salernitanus ex Sole ad corpus Veneris.

Ambo luminaria opposita maleficis oculos infestant, & corporis constitutionem; hinc pluribus ægritudinibus vexatus est; ex directione Ascendentis ad oppositum Martis febre tertiana, & profunda deinde scabie. Ex eodem Ascendente ad quadratum Saturni importuno morbo.

Anno 1644. 8. Iulij mortuus est ex directione Ascendentis ad Contra Antiscium ☉, & directione ☉ ad Ascendens præter infaustam reuolutionem.


Ascensio recta Medio Cœli gr. 94 5
Ascensio ☉ *gr.* 129 20
Directio gr. 35 15

Asc. Solis Pol. 23. *gr.* 121 6
Ascensio ☌ ♃ *gr.* 171 29
Directio gr. 50 14

Ascensio Ascend. gr. 184 4
Ascensio obed. ☉ *gr.* 248 12
Directio gr. 64 8 *Mors.*

DE-

DECVBITVS CARD. SABELLI.



Referunt die 27. Iunij hora 3. noctis subsequentis conquestum, & qua hora (& si aliquid subeat variationis) Luna est iuncta Saturno, in quadrato Solis.

Benefici non suffragabantur: Iuppiter enim est in loco directionis, & contra Antiscio Solis inter Pleiades dominus Ascendentis. Venusque dominæ octauæ & Ascendentis in sexta cum quadrato Saturni; Mercurius etiam, qui regit cerebrum afflictus à quod ratio Martis etiam in sexta.


Moritur 8. Iulij paulò post meridiem. Erat tunc temporis Luna in partiali Saturni Antiscio circiter grad. 9. Virginis in occasu decubitus; & in cuspide duodecimæ Natiuitatis.

Cum Pars fortunæ esset in nona cum stella regia fabulantur sicophantæ polliceri spem futuræ dignitatis cum Pontifex esset in occasu vitæ.

PHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PHILIPPVS III. REX HISPANIARVM.



IN morbis chronicis, quorum principia leuia sunt, nec cum magno insultu difficilis est admodum cognitio horæ decubitus, & diei; vt contigit in hoc Rege, qui ex acri fluxione humorum à capite in partes spirituales incidit in speciem phtysis, & causam mortis.


Libuit idcirco apponere decubitum ægritudinis, ex directione Ascendentis ad quadratum Saturni passæ 1614. Iunij vt referunt.

Cæterum firmata fluxione, & protracta in longum, pluribus adhibitis auxilijs, ijsque irritis tandem dum Ascendens ad Solis corpus, & Lunæ quadratum directione pertingit miserè diem obijt Monarcha 1621. Aprilis.

Pol. 41. Ascensio Ascendentis gr.	337	32	Asc. Ascend. gr.	337	32
Asc. □ ♄ gr.	13	41	Asc. ☌ ☉ gr.	20	36
Directio gr.	36	8	Directio gr.	43	4

Anno mortis infausta aderat reuolutio; in qua Saturnus erat in Ascendente; Luna in loco Saturni radicalis; Mars iunctus Soli; Mercurius dominus Ascendentis cum Marte inter Pleiades.

PHILIPPI III. REGIS DECVBITVS.



Dirigebatur Ascendens anno 1614. ad quadratum Saturni; dictumque à professoribus Regi imminere eo anno ægritudinem. Die igitur secunda Iunij hora 3. circa post meridiem riguit, & febris inuasit, quam Medici catarrhalem existimarunt; quæ nihilominus referunt vsque ad decimum quartum perdurasse.


Saturnus erat in sexta, à quo Luna defluebat ad Martem; & Mercurius, qui cerebrum significat erat cum Pleiadibus.

Euasit ob Iouem in Ascendente, & Venerem Ascendentis dominam in suo domicilio liberam à maleficis.

Contendunt multi hanc directionem fuiße primam fluxionis originem, & tandem mortis Regis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ODOARDVS CARD. FARNESIVS.



Concordat Amnimodar ex Ioue domino præcedentis Luminariū in synodi Cardinalis eligitur Martij 1591. ex M. C. ad spicam Virginis.

Saturnus in Horoscopo Lunam affligens radijs oppositis dominam sextæ domus, nec non Iouem Ascendentis dispositorem, Natum morbis excruciandum decernebat, & præcipuè quorum origo fuerit à cerebro, cum Mercurius, & Luna non se respiciant. Sic nocua est Venus domina sextæ in domo, & radio Saturni.


Anno 1626. Ascendens peruenit directione ad Antiscium Saturni in finibus Martis absque auxilio; cum radij Iouis succedentes ex domo sexta non adiuuent vt diximus & Iuppiter præest partibus spiritualibus, hinc Februarij die 21. soffocatus à catarrho interijt.

Ascensio recta spicæ Virginis gr.	195	47	Asc. Antisc. ♄ gr.	320	18
Medij Cæli gr.	178	11	Ascendentis gr.	268	11
Directio gr.	17	36	Directio gr.	52	7

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


DECVBITVS CARD. FARNESII.



DEcubuit die 12. Februarij post horas 21. Horologij, cum lassitudine, et lenta febre; cum prius assiduis fluxionibus infestaretur. Perseuerauit semper eodem modo febris, nec visa suscipere incrementum; aderat sputi difficultas, & respirationis. Die 20. Februarij disperata res est, quo tempore Luna suo, ac Saturni tetragono iungebatur, virtusque prostrata est; nocte sequenti superueniente fluxione magna ad fauces, & pectus die 21. suffocatus expirauit.

Præter directionem, & causas generales, erat fatalis decubitus: Luna enim domina Ascendentis erit iuncta Saturno domino octauæ, & Nodo Boreo; Sol in octaua peregrinus; nec benefici adiuuabant in dignitatibus Martis.

HENRICVS III. GALLIARVM REX.



Latitudines.

♄	1	21	M.
♃	0	19	S.
♂	1	1	S.
☉			
♀	2	29	M.
☿	0	57	S.
☽	4	50	M.

Antiscia.

♄	♏	14	28
♃	♊	0	34
♂	♓	2	27
☉	♓	25	29
♀	♒	8	52
☿	♓	17	28
☽	♌	11	10


Ponitur hæc Genesis inconcinnè à Federico Rutellio, solumque mortis indi-tium nouit directionem Domus septimæ ad Caudam Draconis: & quod risum commouet directionem Medij Cæli ad terminos Martis; nec vidit Lunam dirigi ad trinum Martis neglecta latitudine; Ascendens ad Nodum Boreum, Iouemque in figura potentem ad eiusdem Martis radios præter alia. Anno 1589. stylo veteri 22. Iulij a Fratre Iacobo Clemente in Arce D.Clodouei cultro venenato vulneratus in ventre inferiori die 23. hor. 7. matutina expirauit.

Anno 1573. 16. Iunij à legatis Polonicis eligitur in Regem, & coronatur 1574. 21. Febr. Anno 1575. Febr. 25. Remis coronatur Rex Galliæ.

Anno 1588. coniuratum in se existimans Henricum Ducem Guisiæ pugionibus confodi iussit die 23. Decembris die 24. Cardinalem fratrem strangulari, eorumq; cadauera cremari, & cineres in aerem Ligerimq; dispergi.

Asc. obliq ☋ *g.* 145 32 *Asc.* ♃ *Pol.gr.* 97 52 *Asc.* ☽ *Pol.* 24. *gr.* 38 20
Asc. Ascend. 107 38 *Asc.* ♂ 135 47 *Asc.* △ ♂. 76 11
Direct. gr. 37 54 *Direct.* 37 55 *Direct.* 37 51

IN HENRICVM III. REGEM.




HOra vna cum dimidia circiter ante Meridiem diei 22. iniectum vulnus. In Genitura violentum exitum plurima portendebant; Luna nempe luminare conditionarium cum Capite Medusæ in quadrato Saturni positi in Occasu; omnes Planetæ in signis violentis, aliaque.

Tempore insultus. Mars dominus octauæ cum stella violenta in quadrato Veneris dominæ Ascendentis combustæ; Mars idem in quadrato Ascendentis radicalis, & Solis in figura Decubitus. In octaua locus Martis oppositus, cui Luna applicabat in Sextili longo Saturni, qui habetur pro quadrato in signis longarum descensionum, interitum decernebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ARMANDVS CARD. RICHELIEV.



Dignitates amplas, & authoritatem maximam decernebant stellæ regiæ in angulis principalioribus; Regulus nempe in Medio Cæli, & in Oriente lucida lancis Australis; & præterea luminaria, Parsfortunæ, dominusq; Medij Cæli in angulis; & insuper (quod est maximum) concordia Genituræ cum illa Ludouici XIII. Regis Galliarum, cum locus Solis Richelieu sit Ascendens Regis.

Diuitiæ illustres demonstrabantur ex Partefortunæ in angulo cum fælici radio amborum luminarium; et ex domo secunda cum stella regia recta à ♃.

Cæterum Saturnus in sexta, & Luna in Solis opposito non omnem optimum pollicebantur valetudinem.

Anno 1622. 15. Septembris à Gregorio XV. creatur Cardinalis ex Medij Cæli directione ad Sextiles Veneris dominæ Partisfortunæ.


Diem obijt 1642. 4. Decembris ex directione Solis ad lancem Austrinum non immunis antea à periculis.

Ascensio recta M. C. gr. 147 25	*Pol.* 20. *Ascensio Solis gr.* 165 19
Ascensio ✶ ♀ gr. 184 22	*Ascensio lunaris gr.* 222 34
Directio gr. 36 57	*Directio gr.* 57 15

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVBITVS CARDINALIS RICHILIEV.



LAborauit longa admodum intestinorum affectione, ex qua paulatim vires contritæ sunt. Moritur die 4. Decembris 1642. cum prius remanserint solummodo lingua, & intellectus, quæ (vt referunt) demonstrauit pridie quàm moreretur, tradens plura politices consilia Regi Christianissimo, qui eum inuiserat; inter quæ (quod non credimus) vt cum fratre iam absente nullo pacto conueniret.


Die 29. Nouembris circa horam sextam noctis maxima inquietudine vexatus est; & quamuis Medici (vt assolet) multa confabularentur, absurdum est excogitare febrem non adfuisse, vt potest colligi ex decubitu; Hoc tempore Luna Saturno iungebatur; quieuit tandem Cardinalis, non ob Medicorum præsidia vt gloriabantur sed ob Iouis propinquam coniunctionem, licet parum cum Saturnus infestaret etiam locum in Natiuitate.

Moritur die 4. Decembris; quo tempore Saturnus erat in loco dicto Lunæ radicalis; Mars dominus Ascendentis Natiuitatis in sui loci opposito. Lunaque inter procellosas Pleiades.

HEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

HENRICVS IV. GALLIARVM REX.



REx iste Maximus cum acerbo Galliarum luctu gladio latronis manu, ac scælestissima perfossus die 14. Maij 1610. occiditur: Aiunt illi prædicta omnia, quæ impendebant olim fata; sed qui Cæsarem victorijs æmulatus fuerat, nunciatam, vt ille met cladem nequiuit euitare; sicuti aliud periculum superauit 1594. 15. Decembris dùm à Ioanne Castello vulneratus est in superiori parte labiorum, & dentium.


Luna solitaria cum Imperante Saturni prope occidentalem angulum in quadrato Martis iuncti cum Cauda Draconis; Pleiades in octaua: ambo luminaria in singulis violentis nec contiguis. Venus domina Ascendentis, & octauæ in domo Martis peregrina.

Dirigebatur Ascendens ad Saturni quadratum, Marsque Sextili succedebat loco directionis, qui qualitatem accidentis decernebat: Luna etiam ad violentum Pallilitium deuoluebatur, & præter ingreßus improsperos, alia concurrebant.

Ascensio □ ♄ gr.	271	46
Ascensio Ascendentis gr.	215	21
Directio gr	56	25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


INSVLTVS IN HENRICVM IV.



VEnus Aſcendentis domina, ac octauæ domus inter procelloſas Pleiadas conſtituta, combuſta, & in quadrato Saturni; & Martis, dominæ etiam Aſcendentis Natiuitatis; Mars ad locum Saturni Radicis; & in Antiſcio Aſcendentium; & Cauda Draconis ad locum Mercurij pro proditione, & Luna à Mercurio defluit ad Saturnum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CAROLVS CARDINALIS DE COMITIBVS.




Carolus de Comitibus Episcopus Portuensis, & creatus Cardinalis à Clemente VIII. 1604. 9. Iunij ex directione Medij Cæli ad Trinum Lunæ positæ in tertia in suo domicilio, ex Iouis exaltatione.

Anno 1605. die 2. Decembris nocte sequenti ex suffocatione derepente obfluxiones ad fauces moritur, ex directione Ascendentis ad corpus Lunæ, cum prius esset desolutum ad eiusdem Lunæ Antiscium.

Asc. recta M. C. gr. 286	45	*Asc. Ascend. gr.* 16	45
Asc. ♋ ☾ *gr.* 334	26	*Asc.* ☌ ☾ *gr.* 66	0
Directio gr. 47	41	*Directio gr.* 49	15

DE

REVOLVTIO CARD. DE COMITIBVS.



INfausta admodum reuolutio. Ambo benefici peregrini in opposito suarum dignitatum, alter in octaua, alter in duodecima.


Luminaria afflicta. Luna cum Imperante Saturni in domo ægritudinis. Sol in Saturni quadrato.

Saturnus dominus Ascendentis cum quadrato Mercurij domini octauæ, & constituti in octaua.

Mars dominus Ascendentis in septima in loco Mercurij, vbi sua caliditate excitat fluxiones à capite.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

LVDOVICVS XIII. GALLIARVM REX.



Concordat Amnimodar in hac Genesi ex Saturno domino ob exaltationem loci luminarium coniunctionis; & congruunt accidentia cum causis superioribus. Retardata prole annis 20. ex Saturno in quinta, ex directione Medij Cœli ad trinum Veneris dominæ quintæ prolem generat 1637. quæ oritur 1638. ex directione Medij Cœli ad trinum Martis victoriam consequitur Rocellæ. Sic reliqua omnia congruunt.

Annis 1639. 1640. directio Ascendentis ad quadratum Saturni humorum fluxiones suscitat, & caloris naturalis debilitatem, cum postea optimæ non fuerit vnquam valetudine; Aduenente hinc directione Solis ad Martis obediens vita extinctus est anno 1643. 17. Maij.


Asc. M. C. recta gr. 341 0
Recta △ ♀ gr. 17 19
Directio gr. 36 19

Ascensio Ascend. gr. 71 0
Asc. □ ♄ gr. 109 58
Directio gr. 39 58

Pol. 20. Desc. Solis gr. 183 32
Desc. Imper. ♂ gr. 225 15
Directio gr. 41 45

DE-

DECVB. LVDOV. REGIS GALLIARVM XIII.




CVm Rex nec prius optima potiretur valetudine, die 3. Maij sentijt febrire,
quod Medici simptomaticè existimabant; Viribus lassis statim factus est.
Die 6. Maij surgens è lecto respiciens ecclesiam S. Dionisij, dixit, Ibi ero de
propinquo, & semper; Deficientibus paulatim viribus 17. eiusdem mensis
obijt.

Quamuis fuerit antea contractus prauus valetudinis habitus; decubitus
erat pernitiosus: Luna enim in loco radicali Saturni in Solis diametro consti-
tuti in octaua; Venus, & Saturnus domini Ascendentis, & Cauda Draco-
nis in sexta in loco opposito Solis in Natiuitate; & alia faciebant ad pernitie.

Die 17. Maij mensis, Luna erat iuncta Soli in opposito loci directionis. Sa-
turnus in opposito Solis Natiuitatis. Mars super Ascendens, & quadratum
Lunæ Natiuitatis.

Dies critica & decimaquarta cùm Luna ex 8. gradu scorpionis ad 8. gra-
dum Tauri oppositum peruenit, fuit celebrata die 13. non 14. Hinc Medici
videant rationem dierum Criticorum.

FRANC. MARIA CARD. FARNESIVS.




CReatur Cardinalis ab Innocentio X. anno 1645. die 4. Decembris ex directione Medij Cæli ad Solis Antiscium constituti cum regio Corde Leonis; ex morbo longo moritur 1647. 12. Iulij ex directione Ascendentis ad Sextiles longos Saturni, & corpus Solis; cum sex mensibus continuis laborasset ventris torminibus ex bile, & pituita, atque dictorum humorum assidua excretione cum Medicorum omnium admiratione.

Asc. recta Medij Cæli gr.	10	0
Ascensio Solis Antiscij gr.	36	1
Directio gr.	26	1

Ascensio Ascend. gr.	100	0
Asc. ✱ Saturni gr.	127	43
Directio gr.	27	43

DECVBITVS CARD. FARNESII.




DEbile corpus ex tot euacuationibus die 22. Iunij hora 4. noctis circiter febris inuasit licet lenta cum acerbis ventris doloribus, atque humorum excretionibus; (erat enim Mars in Virgine, quod signum ventri dominatur in Lunæ opposito;) febris continua subsequuta est, sicut dolores, & excretiones; ita vt viribus paulatim prostratis cùm Luna ad suum quadratum secundum peruenit obierit die 12. Iulij hora inter tertiam, & quartam noctis.

Quo tempore Luna cum violenta stella Cordis Scorpij applicabat quadrato Martis, cum in decubitu fuisset in opposito.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CAROLVS SVARTVS REX ANGLIAE.



INfausta admodum est hæc Genesis; nimis aspera Regibus constitutio: portendit enim exitia in vita, dignitate, & rebus; Causæ sunt videlicet.

In Medio Cæli Imperans Martis, & Cauda Draconis; ex fixis Pollux, & Apollo Stellæ Martiales; alia Saturnina in sinixtro humero Geminorum; sicut fulgens in Argonaui, & Canis minor Stellæ maleficæ; & eiusdem Medij Cæli dominus Iuppiter peregrinus, & in quadrato Martis; & longo Sextili Solis qui habetur pro quadrato.

Cum Sole stellæ in lance Boreali Saturninæ, & Martiales; Caput Hercules Martialis, & Mercurialis, & Lupi immago occisi à Centauro.

Luna peregrina cum nobulosa in Oculo Sagitarij, & alijs in capite maleficis Solis & Martis naturæ. Venus cum lucentibus in fronte Scorpij natura Martis, & Saturni domina Ascendentis; Mercurius cum violenta lucida in lance australi iunctus Saturno; Mars cum perniciosa Cordis Scorpionis.

Omnes Planetæ in signis violentis præter Ioue, qui peregrinus est in Virgine.

Anno climaterico 49. ætatis dirigebatur Ascendens ad corpus Solis imbuti natura malefica Stellarum, vbi aderat Sextilis longus Iouis peregrini, qui cum ex Ptolemæo malè testificetur, & mortem tribuat ex aliorum ira. Rex à subditis (cuius rei non extat memoria) capite multatus est die 9. Februarij 1649. in Meridie; eodem tempore Sol dirigebatur ad exitiosas stellas in Sagitario, &


Mer-

Mercurius suo Sextili Malefico ad Lunam anno prius pro his, quæ acciderunt insultibus. Ascensio Ascend. gr. 200 57 Pol. 13. Asc. ☉ gr. 180 56

Asc. ☉ ☌ gr. 248 57 Ascens. ✶ ☿ gr. 228 18

Directio gr. 48 0 Directio gr. 47 22

REVOLVTIO ANNI CLIM. REGIS ANGLIAE.



VT plurimum cùm mors succedit anni reuolutio est infausta; quemadmodum hæc est infaustissima, sicut anni precedentis in quo cepere molestiæ.

In hoc pro Regno Iuppiter dominus Medu Cæli Natiuitatis, & reuolutionis est in domo stabilium peregrinus; & Mercurius dominus dictæ domus stabilium cum Cauda Scorpij stella violenta; & Saturnus dominus quartæ radicalis in duodecima cum Pallilitio stellæ exitiosa; vbi Saturnus Carceres, & similia infausta decernit cum Partefortunæ, & Capite Draconis.


Pro vita Venus domina Ascendentis Natiuitatis in loco radicali Martis, & in quadrato eiusdem in reuolutione. Luna, & Iuppiter domini Ascendentis malè constituti præcipue Luna iunctæ Marti, & in quadrato Saturni, & Sol est in Martis quadrato. Hora mortis erat Saturnus in opposito loci Martis.

Mars in loco Iouis quod spectandum; domini Ascendentium, & Medij Cæli Mercurius in loco Lunæ; Luna in occasu Natiuitatis, quod considerandum Sol in Occasu reuolutionis.

PE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PETRVS CARD. ALDOBRANDINVS.



PEtrus Aldobrandinus nepos Clementis VIII. electo patruo 1592. Ianuarij in Pontificem, dominium Romæ suscipit absolutè ex celeberrima directione Medij Cœli ad corpus Martis, & Solis; atque imperantia Veneris, & Iouis, qui Planetæ sunt constituti in suis dignitatibus in domo religionis; sicut Sol dominus Partis fortunæ positæ in secunda in signo Leonis Ascendente Vrbis.

Recuperata Ferraria à Principibus Aestensibus, legationibus initis ad Reges, & felicitate omni perfunctus ex directione Medij Cœli ad Saturni diametrem moritur Patruus Martij 1605.


Anno 1621. 10. Februarij dies claudit ex directione Ascendentis ad quadratum Lunæ constitutæ inter Pleiades suffocatus ex Asthmate.

Ascensio recta Medij Cœli gr. 355 40
Ascensio recta ☉ gr. 18 17
Asc. recta ♂ gr. 17 35
Asc. enim Imp. ♃ gr. 16 18 42
Ascensio Imper. ♀ gr. 15 50
Directio gr.

Ascensio Ascend. gr. 85 40
Ascensio □ ☾ gr. 135 54
Directio gr. 49 54

DE-

REV. IN GEN. CARD. ALDOBRANDINI.




M*Anente directione hoc anno Ascendentis ad quadratum Lunæ infausta fatalis erat anni reuolutio.*

Hæc fideliter referuntur. Mortuo Paolo *V.* 1621. 28. *Ianuarij Cardinalis ex* Rauenna *(vbi erat Archiepiscopus) iter properat versus* Romam *tempore frigidissimo sex iugis semper cum igne in curru, quod non minimi attulit nocumenti affectui, quo maximè molestabatur Astmatis, & difficultatis spirandi. Electo* Pontifice *necessariæ quieti consulens in lecto permanebat. Die* 10. *Martij hora circiter tertiam, aut quartam noctis ex lecto cum Aulicis confabulabatur memorans (cum risu aliquando) habitam industriam pro excludendo á* Pontificatu Cardinale Camphora *proposito á* Cardinali *Burghesio, & eligendo* Gregorio *XV. vt accidit; ex improuiso deuoluto capite ad alteram partem paulatim ex Asthmate suffocatus est.*

In reuolutione Luna prope Ascendens Natiuitatis *cum violenta Hercule, in* 3. *forsan ob iter, in* Solis *quadrato; Saturnus in Ascendente, & loco Lunæ* Natiuitatis; *Venus domina Ascendentis inter* Pleiades *cum Saturno; Domini Ascenden. Luna, & Iuppiter altera cũ* Hercule, *alter combustus; Mercurius qui cerebrum, & fluxiones significat combustus; Mars prope Ascendens. Hora Martis Luna fuit in opposito* Solis *& Mars transibat oppositum Veneris.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

GVSTAVVS ADOLPHVS REX SVETIAE.



STella noua apparens anno 1572. *in sede Cassiopeæ in Horoscopo Regis.*

Anno 1630. *circa initium bellum mouit Imperatori Ferdinando Austriaco; sub protectu quod Imperator contra conuentiones auxilium præbuerat Polonis contra Regnum Suetiæ, & alias ob causas; pluribus cum prælijs victor extitisset, anno* 1632. *tandem in conflitu cum Imperialibus die* 16. *Octobris, post inimicorum stragem, acepto prius vulnere in brachio ex sclopeto, alijsque gloriosus interijt. Scripseram anno ante cuidam Eminentissimo has directiones propinquas exitium minari.*

In Ascendente, & occasu stellæ violentæ; Iuppiter dominus Ascendentis in signo violento in quadrato Martis, & Saturni diametro; Luna prope Caput Medusæ seruata latitudine: Sol cum stellulis maleficis, quas tantum magni facit Cardanus pro exito violento.


Dirigebatur Sol ad Saturni oppositum, & quadratum Martis. Luna erat directione inter Pleiadas; & Medium Cæli cum Marte, & quadratis Iouis, & Saturni.

Ascensio recta [quadrato] [Saturni] *gr.* 232 19
Ascensio Medij Cæli gr. 294 29
Directio gr. 37 50

Ascensio [Solis] *Pol.* 58. *gr.* 310 59
Asc. [opposito] [Saturni] *gr.* 349 16
Directio gr. 38 17

C A-

CASVS GVSTAVI REGIS.




Digna admiratione est hæc fatalis hora.

OCcidens (quod Vitæ extremum indicat) est Saturni locus radicalis; Ascendens Saturnus Mars, & Iuppiter quadrato intuentur.

Sol Aphета cum Cauda Draconis in domo mortis; Luna cum Saturno, ac Marte Ioui opposita; Venus domina octauæ in finibus Martis, & signo violento; Saturnus dominus Ascendentis cum Marte, & loco Martis radicali. Iuppiter dominus Ascendentis Natiuitatis in opposito Martis, & Saturni, & opposito etiam Martis radicalis, sicut quadrato Saturni.

SCIPIO CARD. BVRGHESIVS.



HVius Principis altera Geneseos figura circumfertur; hæc verùm exactissima, ac ex Patris libro manuscripto desumpta est.

Anno 1605. 18. Iulij creatur Cardinalis à Paulo V. auunculo.

Anno 1633. mense Octobris moritur ex directionibus Ascendentis ad Saturni imperans; Lunæque ad oppositum eiusdem Saturni; & Solis applicatione breui Martis quadrato; Aphetis singulis afflictis.


Pol. 41. Asc. Solis gr. 173 25
Descensio gr. 201 30 vbi coeunt radij Veneris, & Lunæ cum
Directio gr. 28 5 stella regia.

Asc. ♄ Imperat gr. 60 48
Ascend. gr. 4 48
Direct. gr. 56 0

Asc. Lunæ Pol. 41. gr. 19 22
Opposito ♄ gr. 75 27
Direct. gr. 56 5

DE-

DECVB. CARD. BVRGHESII.




PAtiebatur obstructionem in collo vesicæ ex carunculis; Cepit morbus cum doloribus, & vrinæ difficultate; accessit insuper vessicæ inflammatio, & febris cum apostemate. Mortuus die 2. Octobris hor. 7. noctis. Corpore exenterato sincera viscera omnia reperta sunt, præter vessicam nigerrimam.

Morbus in vessica, & partibus adiacentibus decernebatur in Natiuitate ex angulo occidentali cum Draconis Cauda afflicto à Saturni tetragono. Sic renum morbus ex Marte cum Sole in sexta; & credimus Venerem in quinta in Leone plurimum nocuisse. Eadem ferme demonstrantur in figura decubitus ex Marte cum Venere in sexta cum radio Saturni, & Lunæ, & ex Cauda in septima.

Decubitus erat fatalis: Venus enim Ascendentis domina est in sexta cum Marte domino octauæ; Luna in quadrato Martis; Iuppiter dominus Ascendentis peregrinus in quadrato Solis. Ascendens oppositum loco Martis radicali, & alia concurrebant beneficis etiam nocentibus, ne dum auxiliantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

SEBASTIANVS REX PORTVGALLIAE.



DVm Rex Muleium Mahametum regnis Fessano, et Marocino à patruo Abdemelecho expulsum conatur restituere, in conflictu in Africa, vulneribus duobus in capite, totidem in facie, multisque alijs acceptis cadens ex Equo moritur die 4. Augusti 1578. hora circiter cum dimidia ante Occasum Solis; atque ex directione Ascendentis ad Saturni tetragonum, Sextilesque Martis; qui itinera etiam decernebat; & directione Solis ad Cuspidem domus quartæ. Mars cum Sole in humanis cum testimonio Mercurij domini octauæ Occidentalis; Luna in opposito Solis, Martis, & Mercurij; Venus domina septimæ (vbi Pleiades) cum Cauda Draconis; Saturnus in quarta, tanti influxus inditia extitere.

Apparuit Cometes circa Regis Horoscopum, qui in 14. gradu Piscium euanuit loco Saturni, & vt alter dixit, Cometes digito mostrauit finem Regis, & Regni.


Ascensio □ ♄ *gr.* 273 25

Ascensio Ascend. gr. 248 55

Directio gr. 24 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


CASVS SEBASTIANI REGIS.



Hora, qua conflictus patratus est omnia ruebant in malum. Saturnus Ascendentis dominus ibi positus est in quadrato Martis. Luna cum Martis obediente in loco radicali Saturni. Mercurius dominus octauæ in opposito Solis, & Martis in radice. Mars in Imperante domus stabilium dictæ Natiuitatis, & Antiscio Medij Cœli pro Regno; Cauda Draconis in octaua; Mars respicit septimam bello adscriptam de quadrato; aliaque faciebant ad interitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

HIPPOLITVS CARD. ALDOBRANDINVS.




ANno 1621. creatur Cardinalis, & Camerariatus officium obtinet à Gregorio XV. cuius neptis fuit nupta Principi Aldobrandino eius fratri.

Anno 1638. Iulij peruenit directione Ascendens ad Saturni radios hexagonos, qui in longarum Ascensionum signis habentur pro quadratis, & vitam cum morte commutauit; quo etiam tempore Luna neglecta latitudine Martis corpori directione copulabatur.

Ascensio ✶ ♄ gr. 173 54		Ascensio △ ♀ ☉ gr. 66 13	
Ascendentis gr. 128 0		Medij Cæli gr. 38 0	
Directio gr. 45 54		Directio gr. 28 13	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. ALDOBRANDINI.




RAdiens ab exequiarum Gregorij XV. celebratione die 8. Iulij hora Horologij 12. cum febre decubit: morboque in dies inualescente, die eiusdem mensis 19. hora 15. dies clausit vltimos. Exenterato cadauere stomacus repertus est vsque ad gulam ferè phlegmate oppletus; cum prius, partibus naturalibus relaxatis, & potentijs, nec excrementa retineret.

Mercurius Ascendentis dominus est cum Draconis Cauda sub Sole. Saturnus in domo ægritudinum; Ascendens in quadrato Martis; Luna in opposito Martis, & trigono Saturni; Mercurius, & Luna non se respiciunt; aliaque periculosum decubitum decernebant.

Die obitus Sol transibat locum Saturni radicalem; qui in sexta, & infestans directione Ascendens frigidi humoris abundantiam portendebat.

ANNA AVSTRIACA REGINA POLONIAE.



ANna Archiducis Austriæ Filia, Poloniæ Regina vtero gerens, catarrho laborans, alioqui mediocriter valens cùm pridie mensæ in prandio cum Viro assedisset; vespere die vltima Ianuarij 1590. vehementissimo cordis dolore, ac palpitatione correpta, accedente leui febri postridie die prima Februarij, hora prima post meridiana interijt. Fœtum viuum ex vtero ereptum baptismo initiatum Christophorum nominarunt, qui vnius spatio horæ superuixit.


Mars in Occiduo cardine partiliter in Leone cordis affectus, & dolores decernit.

Obijt directione Ascendentis ad oppositum Mercurij Occidentalis domini quintæ filiorum; & trinum Saturni domini octauæ.

Ascensio ☍ ☿ gr.	355 36	Ascensio △ ♄ gr.	355 45
Ascend. Asc. gr.	331 12	Asc. Ascend. gr.	331 12
Directio gr.	24 24	Directio gr.	24 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. ANNAE REGINAE POLONIAE.




Plurima concurrebant ad citissimam internicionem.

Venus domina Octauæ loci constituta cum Martis quadrato, ac Saturni Antiscio Iuppiter alter dominus octauæ cum Pallilitio stella violenta, ac radio Saturni. In Ascendente Cauda Draconis. Sol in sexta, & Ascendente radicis. Luna ad locum Saturni. Mercurius Dominus Ascendentis Occidentalis in sexta, & alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

LVDOVICVS CARD. LVDOVISIVS.



R Eferebat mihi Eminentissimus Dominus anno 1613. Aprilis se morbo graui correptum; ex qua Genesim correxi; successit namque ex directione Ascendentis Apheta ad Martis tetragonum.

Anno 1621. 15. *Februarij creatur Cardinalis à patruo Gregorio XV. obtinetque dominium.*

Anno 1632. 18. *Nouembris è viuis decedit ex macie, & fluxu podagrico ex prauisa directione Ascendentis ad Saturni corpus.*

Ascensio □ ♂ *gr.* 128 10
Ascend. gr. 110 40
Directio gr. 17 30


Ascensio ☌ ♄ *gr.* 147 52
Ascend. gr. 110 40
Directio gr. 37 12

Ascensio ✶ ☉ *gr.* 72 3
Ascensio ⊗ *Pol.* 24. *gr.* 46 43
Directio gr. 25 20

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. LVDOVISII.




MVnificentissimus Dominus, qui præter alia elargitus est mihi pensionem in Hispania ducatorum 60. ægrotauit 1613. die 3. Aprilis in Meridie circiter febre graui correptus cum capitis dolore, siti, ac calore maximis, quæ continua quotidie exarcebabatur; sumptis medicamentis, ac misso sanguine; Aprilis 9. febris non rediјt, & conualuit.

Die 9. Luna ad suum quadratum peruenit, & criticam diem constituebat sexta, non septima ab initio morbi; hoc tempore tangebat etiam Luna Iouis, & Veneris quadrata absque maleficis.

Non erat lethalis decubitus: Luna enim, Ascendens, & Sol eius dominus sunt liberi à maleficis, & Luna est cum Ioue partiliter, sicut Sol cum intuentibus Iouis, & Veneris non complicatus domino octauæ ipse dominus Ascendentis.

CAROLVS PHIL. II. REGIS FILIVS.



Caelicum hoc Thema positum à Gargeo quamuis parum concinnè, est verissimum; nec in hoc fidendum Stadio, aliisque, qui Pleiades in Ascendente constituunt, & Taurum.

Mortuus 1568. 24. Iulij in Villa Toledi in custodia.

Luminaria sunt cum Imperante Saturni. Luna cum Hercule stella violenta; & Sol cum fixa de natura Saturni; Mercuriusque dominus duodecimæ retrogradus, & Occidentalis cum Marte: fuit forsan alicuius criminis conscius.


Dirigebatur Ascendens ad quadratum Martis, in domicilio, & terminis eiusdem Martis, mortemque attulit ex acuta febre, ac mali moris.

Ascensio □ ♂ gr.	223	43
Ascensio Horoscopi gr.	200	43
Directio gr.	23	0

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CAROLI AVSTRIACI.



Habui à Patre quodam Carmelita Hispano hunc decubitum, qui (vt aiebat) circumferebatur in Hspania, vt palam esset nec Principem sibi mortem consciu sse, nec ab alijs allatam, vt vulgo putabatur.

Ascendens decubitus est locus directionis, & quadrati Martis in Natiuitate, sexta domus dominatur à Marte, in qua Cauda Draconis.

Mars est in Imperante Ascendentis Natiuitatis, & dominus Ascendentis cum Saturno.

Venus domina Ascendentis radicalis in octaua sub radijs cum quadrato Saturni.


Luna in quarta in opposito loci Martis, & Mercurij.

Saturnus in Cuspide domus duodecimæ radicis.

Mortuus in die critica 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FEDERICVS CARD. BORROMEVS MEDIOL.



Spica Virginis cum Venere in Ascendente in sextili Iouis, & Mercurij dat sedulitatem morumque suauitatem.

Anno 1587. 18. Decembris à Sixto V. Cardinalis renunciatur.

Anno 1605. Ianuarij ægrotauit; partesque spirituales affectæ sunt, ex directione Ascendentis ad sextiles longos Martis, quibus succedebant Iouis radij tetragoni, qui qualitatem ægritudinis decernebat; Eadem Ascendentis directio iter demonstrauit, quod subsecutum est Romam pro Pontifice eligendo.

Moritur ex directione Horoscopi ad trigonum Saturni. 1632. Variat aliquantum tempus euentus, vel ob locum Saturni nostro æuo non exactè forsitan exaratum; vel ob ingressus, & progressus.


Ascensio recta ⚹ ♀ gr. 138 31
Medij Cæli gr. 115 11
Directio gr. 23 20

Ascensio ⚹ ♂ gr. 245 34
Ascend. gr. 205 11
Directio gr. 40 23

Ascensio △ ♄ gr. 272 59
Ascensio gr. 205 11
Directio gr. 67 48

DE-

DECVB. CARD. BORROMEI.




Referunt die 22. Ianuarij hora prima noctis circiter Cardinalem lateris dolore correptum cum febre; qua immunem fuisse die 27. eiusdem mensis, & quinta ab initio ægritudinis, nec misso sanguine, nec magnis medicamentis adhibitis, verùm leuibus, ac ratione victus; Credimus cùm Luna tetigit Iouis trigonum.

Cæterum non erat lethalis decubitus, cum Sol Ascendentis dominus non copularetur dominis octauæ, liber à maleficis omnino; sicut Ascendens; & cum Luna à sextili Iouis deflueret ad quadratum Veneris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PHILIPPI IV. REGIS HISP. FILIVS.



Latitudin.

♄	2	17	S.D.
♃	0	42	M.D
♂	0	45	S.A.
☉			
♀	0	15	M.A
☿	0	25	S.D.
☽	3	53	S.D.

Antiscia.

♄	♓	3	50
♃	♐	1	47
♂	♊	16	17
☉	♓	6	2
♀	♒	10	48
☿	♒	26	50
☽	♒	26	37

Breuius vita ex Astris Principi decernebatur: omnes enim Aphetæ affliguntur; sol nempe, Luna, Ascendens, & Parsfortunæ à Saturni corpore; & Ascendens simul à quadrato Martis.


Moritur anno 1647. Octobri, ex directione Ascendentis ad corpus Lunæ dominæ octauæ, & Mercurij occidentalis imbuti natura malefica Saturni absque auxilio.

Eadem Ascendentis directio ad corpus Lunæ dominæ Medij Cœli, aliqua circa fœminas poterat ostendere, forsitan tradatus de coniugio, & vxore tunc temporis.

Pol. 41. Ascensio Ascend. gr.	202	25	
Ascensio ☌ ☽ gr.	220	27	
Directio gr.	18	2	1647 *Octobris.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOL. IN GENITVRA FILII REGIS.



EX Ptolemæo 4. Quadripartito. *Afflictis locis in exitu annorum, inficiente præcipua loca Genituræ, mortem certam expectare oportet.*

Manente hoc anno potenti directione; & afflictis locis in hac reuolutione Natus moritur mense Octobri.

Luna est iuncta Saturno cum stella violenta Pallilitij.

Venus domina Ascendentium opposita Lunæ cum stella violenta Cordis Scorpij.


Mars in octaua in loco Veneris Natiuitatis domini Ascendentis.

Iuppiter dominus Ascendentis reuolutionis in sexta peregrinus in opposito suorum dignitatum, in quadrato Saturni.

Sol in occasu cum esset in Ascend. Natiuitatis. omnia exitia portendunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ALEXANDER CARD. CAESARINVS.



Latitudin.

♄	0	7	S. A.
♃	0	6	S. A.
♂	0	38	S. A.
☉			
♀	1	40	M. A.
☿	1	31	M. A.
☽	4	37	M. D.

Antiscia.

♄	♊	5	55
♃	♐	25	38
♂	♒	5	25
☉	♐	12	47
♀	♒	18	47
☿	♐	0	19
☽	♑	22	13


PRonunciatur hic Princeps anno 1627. die 3. Augusti ab Vrbano VIII. ex directione Medij Cæli ad corpus Solis.

Anno 1644. die 15. Ianuarij hora 12. noctis sequentis moritur de repente ex infaustissima directione præuisa Ascendentis ad oppositum Martis, & Sexties Saturni; ad quem violentum effectum multa concurrebant, directio enim patrabatur inter procellosas Pleiades; Saturni erat partiliter in sexta in opposito Solis, & Mercurij, atque radio Martis; & anni reuolutio erat infelix.

Ascensio recta Solis gr. 288 41.			*Asc. Ascendent gr.* 344 11	
Ascensio Medij Cæli gr. 254 11			*Asc.* ☍ ♂ *gr.* 35 6	
Directio gr. 34 30			*Directio gr.* 50 55	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOL. IN GEN. CARD. CAESARINI.



RArissimè contigit, quod in anni reuolutione, in quo cadat aliqua directio pro vita, vel alio particulari infausta, non conspiciatur influxus ex Astris in illa materia.

In hac reuolutione Luna est in partili coniunctione Martis; Sol dominus Ascendentis in sexta in loco radicali Saturni; præter alia, quæ exitium portendebant, demonstratum directione.

HYACINTUS EMANUEL DUX SABAUDIAE.

1632.
Septembris
D. H. M.
11 13 7 *P. M.*
Taurini

Latitudini.

♄	1	53	S.
♃	1	7	M.
♂	0	15	M.
☉			
♀	1	27	S.
☿	0	8	S.
☽	4	41	S.

Antiscia.

♄	♒	5	53
♃	♌	3	54
♂	♒	28	14
☉	♈	12	37
♀	♓	17	9
☿	♉	8	36
☽	♈	10	34

Concordat Amnimodar ex Ioue domino loci Lunæ in præcedenti Luminarium oppositione nocturna.

Directione Ascendentis ad Martis quadratum in finibus Iouis moritur ex morbillis anno 1638. 3. Octobris, quo tempore Luna absque latitudine ad Iouis quadratum dirigebatur, qui est morbillorum verus significator.


Luna domina Ascendentis in quadrato Saturni; Ascendens afflictum à Martis quadrato, & Saturni trigono, posito Sole in cadente Natum breuis Vitæ decernebant, quemadmodum Iuppiter potens in Ascendente in Saturni opposito.

Ascensio □ ♂ *gr.* 102 55
Asc. Ascend. gr. 96 52.
Directio gr. 6 3

Pol. 38. *Ascensio* ☽ *gr.* 132 13
Ascensio □ ♃ *gr.* 138 6
Directio gr. 5 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. DVCIS SABAVDIAE.



Circa Meridiem diei 18. Septembris referunt febrem inuasisse. Apparuere citissimè variolæ, nec prauæ visæ sunt; creuerunt namque, & turgidæ factæ sunt; transacta septima, in qua deterius se habuit ob Lunam cum Saturno, exiccari ceperunt, atque euanescere absque vlla ichorosæ materiæ transmissione; febrisque inualuit donec 3. Octobris suauissimus puer extinctus est, quo tempore Luna transacto suo, ac quadrato Saturni, applicat Saturni quadrato in Natiuitate.


In Ascendente stella æstuosa Antares; Iuppiter dominus Ascendentis in viribus Martis, & stella Martiali: Venus domina sextæ propè Regulum morbi qualitatem ostendebant; & variolas Iuppiter in Scorpione in quadrato Saturni, & Lunæ.

Fatalis erat Decubitus; nam in Ascendente stella violenta, sicut cum domino Ascendentis, qui erat in quadrato Saturni, & Lunæ dominæ octauæ. Luna domina Ascendentis radicis cum Saturno, & quadrato Martis radicalis, & in octaua Cauda Draconis hoc decernebant.

FE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

OCTAVIVS CARD. BANDINVS FLOREN.



MErcurius commutans dignitates cum Marte in opposito Saturni constituti in sexta inter Pleiades, & Luna sub terra domina sextæ domus in Solis opposito applicata Saturno, affectus cerebri ex humorum redundantia decernunt.

Creatus est Cardinalis à Clemente VIII. 5. Iunij 1596.


Ob situm Saturni pluries ægrotauit ex humore frigido, præcipuè annis 1619. 1624. ex deuolutionibus Ascendentis ad quadrata Solis, & Saturni.

Anno 1629. Ascendens impingit directione in quadratum Mercurij malefici, occidentalis, ac imbuti natura malefica; & dies clausit vltimos, suffocatus à catarrho, repertis oppletis pulmonibus humore viscido.

Ascensio □ ♄ *gr.*	336 15	*Ascensio* □ ☿ *gr.*	340 59
Ascend. gr.	270 14	*Ascendentis gr.*	270 14
Directio gr.	66 1	*Directio gr.*	70 45

DE-

DECVB. CARD. BANDINI.



IN festo Diui Iacobi hora 13. circiter Horologij dum è lecto surgeret inuasit febris cum aliquali partium externarum frigefactione; habita est à Medico parua, & catharhalis; quæ quamuis in posterum parum fuerit exasperata; senex die prima Augusti hora decima expirauit, fluxione magna adueniente ad partes spirituales.

Mercurius Ascendentis dominus est in quadrato Martis domini octauæ.


Mars in opposito loci Mercurij radicalis, & quadrato loci directionis.

Luna separatur à Ioue, & Venere, & applicatur Saturno domino sextæ.

Iuppiter, qui pulmonibus dominatur, dominus Ascendentis Natiuitatis, peregrinus in viribus Saturni, est in opposito Solis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

COSMVS II. ETRVRIAE DVX.



Latitudin.

♄	1	16	M.A.
♃	1	31	M.D
♂	0	22	S.A.
☉			
♀	3	17	S.A.
☿	4	16	M.D
☽	1	52	S.A.

Antiscia.

♄	♋	15	29
♃	♓	21	13
♂	♋	23	59
☉	♌	8	25
♀	♌	4	42
☿	♍	0	55
☽	♈	23	19

LVna constituta in quadrato Saturni, & Martis, in Antiscio, & domo Mercurij; & Mars dominus Ascendentis coniunctus Saturno in domo Mercurij; & Mercurius in sexta in domo Martis fluxiones acres à capite in partes spirituales decernunt; ex quibus cum lenta febricula sensim corpus emanciatum est, & consumptum phtysis specie.


Mortuus ex directionibus Ascendentis ad Saturni oppositum; & Solis ad Saturni corpus anno 1621. *mense Februarij*

Pol. 43. *Asc. Solis gr.* 64 34
Asc. ☌ ♄ *gr.* 94 42
Directio gr. 30 8

Ascensio Ascend. gr. 244 0
Asc. ☍ ♄ *gr.* 274 42
Directio gr. 30 42

COS-

REVOLVTIO COSMI II.




In hac reuolutione omnes vitæ significatores affliguntur. Sol est iunctus Marti constituto inter Pleiades procellosas. Luna in quadrato Saturni malè posita in occasu; Venus domina loci Solis cum Cauda Draconis, & cum Saturno; Mercurius profluxionibus dominus loci Lunæ in Natiuitate in loco Saturni, & Martis eiusdem Natiuitatis occidentalis.

Ascendentia Natiuitatis, & reuolutionis afflicta à quadrato Martis, & Solis; Mars dominus Ascendentis Natiuitatis combustus inter Pleiades dicta: omnia exitia portendebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PETRVS MARIA CARD. BVRGHESIVS.




PEtrus Maria Burghesius Senensis erat consanguineus Pauli V. in quarto gradu. Anno 1627 misit hanc Genesim mihi cum accidentibus vt discuterem; plurimum moratus sum cum accidentia non congruerent cum temporum diuisionibus; cum tempore Cardinalatus 1624. nec Sol, nec Ascendens, nec Medium Cæli impingerent in loca beneficorum. Direxi tandem Lunam, quæ eo anno ad suum Imperans perueniebat directione, vbi coeunt radij Iouis, & corpus Veneris; & summa proportione effectus decreuit cum Venus, & Luna dominentur Medio Cæli. Varijs deinde infaustis directionibus superatis; vt 1626. Ascendentis ad oppositum Martis vbi erant radij Iouis, et Veneris; & ad Saturni postea Imperans; tandem ex eiusdem directione ad oppositum Lunæ constitutæ in octaua, & infausta reuolutione dies clausit 1642. die 15. Iunij prope Solis occasum.

Parum faustam semper existimaui coniunctionem illam Lunæ, Martis, & Mercurij; ob quam distillationibus delectabatur ad publicam vtilitatem.

Pol. 36. Ascensio Lunæ gr. 168 15		Ascensio Ascend. gr. 124 41	
Descensio Imp. Lunæ gr. 193 28		Ascensio ☍ Lunæ gr. 167 53	
Directio gr. 25 13		Directio gr. 43 12	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. BVRGHESII.



Plurima in hoc decubitu ostendunt præsagium interitus. Saturnus enim dominus Ascendentis est iunctus Marti, in quadrato Veneris dominæ octauæ. Mars, & Saturnus in loco Lunæ Natiuitatis. Luna in occasu in loco Caudæ Draconis, & Ascendente Natiuitatis. Sol dominus Ascendentis radicis in quarta cum quadrato Martis, & Saturni. Venus domina octauæ in dicto quadrato Martis, & Saturni sub radijs Solis.

Hora mortis circa Occasum Solis. Sol erat partiliter in quadrato Saturni; & Sol est dominus (vt diximus) Ascendentis Natiuitatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANC. MARIA II. FELTRIVS VRBINI DVX.

1549. Februarij
D. H. M.
20 19 40 Horol.
Pol. 43.

Latitudin.

♄	0	3 M.
♃	1	4 M.
♂	1	55 S.
☉		
♀	0	16 S.
☿	1	26 M.
☽	4	12 S.

Antiscia.

♄	♎	4	52
♃	♍	9	49
♂	♋	20	33
☉	♎	18	20
♀	♒	26	29
☿	♎	30	0
☽	♉	7	32


MVnificentissimus Dux cum filium in declinante ætate, ac færè ex insperato susceptum miserabili casu mortuum, extinctamque familiam simul conspexisset; illicò Apostolica Sedi legitimè succedenti Ducatum renunciauit; & nomine Vrbani VIII. Pontificis in manus Berlingerij Gypsii, qui fuit postmodùm Cardinalis.

Assiduis deinde fluxionibus, doloribus, alijsque corporis, ac animi affectibus excruciatus; tandem die 28. Aprilis hora 16. Anni 1631. maximo subditorum luctu sanctissimè e vita migrauit; quo tempore Ascendens directione trigonum Saturni tangebat inimici, ac domini octauæ.

Ascensio obliq. △ ♄ gr.	173	45
Ascendentis gr.	91	34
Directio gr.	82	11

DE

DECVB. DVCIS VRBINI.




Cum die 14. Aprilis fluxionibus, lenta febricula, ac ſenili correptus decubuißet, amplius non ſurrexit donec, die 28. eiuſdem menſis animam exhalaret.

Lethalis erat decubitus: nam Mercurius Aſcendentis dominus erat iunctus Marti domino octauæ.

Aſcendens erat locus directionis, & inibi Luna in Martis diametro, ac Mercurij; aliaque plurima concurrebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ANTONIVS CARD. FACHINETTVS BONON.



ASCENDENS, & Luna à Saturno infestantur ex angulo occidentali, & Mercurius dominus Ascendentis debilis comburitur à Solis radijs; morbis idcirco corpus conflictandum decernebatur, ac breuis Vitæ.

Aegrotauit ad mortem, vt referebat anno septimo, & prolongatus morbus ex acuto factus est chronicus, directione Horoscopi ad corporis Saturni oppositum.

Anno 1591. creato Pontifice eius patruo Innocentio XIV. Mense Martij eligitur Cardinalis SS. Quatuor.


Anno 1606. Maij moritur; quo tempore Luna ad corpus Martis dirigebatur.

Ascensio Lunæ Pol. 26. gr.	354	21	Ascensio ☌ ♃ gr.	66	37
Ascensio Saturni gr.	25	29	Ascendentis gr.	50	30
Directio gr.	31	8	Directio gr.	16	7

DE-

DECVB. CARD. FACHINETTI.

1581.
Semptebris
D. H. M.
24. 3. 10.
Pol. 44.




REuolutio anni 7. fuit fausta, & directioni aderat propè corpus Iouis, ex qua directione Genituram correximus.

Sol est in octaua cum Marte; Cauda in domo ægritudinum; Saturnus in Ascendente. Laborauit febre continua, & terminata in chronicam Natus conualuit ex abscessibus circa cutim, & scabie.

Saturnus Ascendentis Natiuitatis à Sole orientalis, liber à combustione, & radijs maleficorum est in suo carpento; Lunaque libera à maleficis copulatur trigono Iouis, & Sextili Veneris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FERDINANDVS GONZAGA DVX MANTVAE.




HVic Principi dum Romæ Cardinalis degeret in aula obsequijs sæpè adfui, meque alloquio, & præsentia assiduè dignabatur; ei enim Tabulas Primi Mobilis meas dono dederam, præpingui tunc erat habitu; cum verò Romam rursus rediјt anno 1621. eique Ephemerides meas obtuli, corpore tenui, macilento, turpique non idem, qui quondam mihi visus est; cuius mutationis causam suspitioni Gallicæ luis tribuendum censuimus, fatebatur enim mihi gonorrhæa laborare, quam transitu per Florentiam, dum Romam pergeret, susceperat; huiusque signum ex Astris præbent oppositum Martis, & Veneris dominæ quintæ, & Mercurius dominus sextæ in quinta in domo Veneris inter Pleiades; hinc ad phtysim his rationibus perductum postea arbitramur. Mortuus ex directione Ascendentis ad quadratum Saturni, & Solis, & directione Lunæ ad obediens Saturni 1626. Octobris.

Ascensio □ ♄ gr. 327 27
Ascensio Ascend. gr. 288 16

Directio gr. 39 11

DE-

DECVB. FERD. GONZAGAE.



DVm Romæ degeret Cardinalis virulenta gonorrhæa, mordacique excruciatus valida medicamentorum ope, ac longa conualuit: ſecuta mox eum ſicca eſt ſcabies, & pruritus moleſtiſſimus; quo etiam ablutus medicamine aqua ex roſacea, & portione ſublimati liber extitit: tertiana deinde ſucceſſit febris, quæ nouem paroxyſmis expleta periodo conquieuit, & curata eſt.


Hoc tempore dirigebatur Aſcendens ad trigonum Martis, & ſuccedebant radij Mercurij, & Veneris, qui originem ægritudini tribuerunt ex ſignificatis Veneris.

Morbus non fuit lethalis cum Luna eſſet iuncta Ioui domini Horoſcopi, & plures ob alias rationes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ANDREAS CARD. PERETTVS ROMANVS.

190 6



Latitudin.		
♄	1 59	S.
♃	1 22	M.
♂	1 18	M.
☉		
♀	2 49	S.
☿	0 53	S.
☽	2 18	S.

Antiscia.		
♄	♒	9 0
♃	♍	9 57
♂	♏	28 7
☉	♑	11 38
♀	♒	28 18
☿	♑	24 14
☽	♓	11 16

ANno 1596. 5. *Iunij Cardinalis eligitur à Clemente VIII.*

Anno 1617. *Vere ægrotauit ex directione Horoscopi ad corpus Martis, vbi incidunt quadrati Veneris; conualuit.*

Anno 1629. 4. *Augusti suum diem obijt ex febre, & fluxu ventris, ex directione Ascendentis, & Solis ad quadratum Saturni.*

Decubitus tempus incertum.

Ascensio ☌ ♂ *gr.* 324 37
Ascend. gr. 280 6
Directio gr. 44 31


Ascensio recta ✶ ☿ *gr.* 213 24
Medij Cæli gr. 190 6
Directio gr. 23 18

Ascensio □ ♄ *gr.* 336 40
Ascend. gr. 280 6
Directio gr. 56 34

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. PERETTI.




Referebat ægrotasse die 8. Aprilis hora circiter 22. Horologij; qua aliquis incepit rigor cum febre, quæ tertianæ duplicis typum obseruauit; non autem omnino molestæ: à qua immunis euasit die 21. Aprilis; cum die 20. hora tertia noctis solita accessio non redierit, quo tempore Luna Iouis radio applicabat.

Non fuit lethalis decubitus: cum Mercurius Ascendentis dominus esset à maleficis liber, nec respiceret Martem dominum octauæ; verùm eßet in Iouis, Veneris, & Lunæ hexagono; & præterea Ascendentia, nec luminaria à maleficis infestabantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANC. GONZAGA DVX MANTVAE.




Principem hunc ægrotasse ex directione Ascendentis ad Cor Leonis stellam, viventem refert Maginus anno 1605. Iulij. Nos verò cum plurimùm hanc directionem existimemus, succedente trigono Saturni, ac quadrato Mercurij occidentalis inter Pleiadas, Martisque finibus; veremur ne accidens pepererit Lunæ directio ad Saturni tetragonum; hinc Natiuitatis Ascendens non fuisse exactè exaratum; quod ex postmodum euentibus potest innotesci.

Regulus gr. 23. 32. ♌ Ascensio obl. gr. 131 54
Asc. Ascendentis gr. 112 44
Directio gr. 19 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


DECVB. FRANCISCI DVCIS MANTVAE.



Ponitur à Magino hic decubitus, qui hæc refert:

Horoscopus erat locus Marti oppositus in Nitiuitate; & Luna in princi-pio morbi accedebat ad Regulum, & locum directionis; Mars verò Horosco-pi dominus applicans opposito Iouis, & corpori Veneris indicabat ægritudi-nem minimè lethalem, eoquod Sol à Veneris præsentia roboretur; sumatque qualitatem beneficam. Conualuit ergo tertiana febre correptus circa finem Iulij.

ANTONIVS MARIA CARD. SALVIATVS.




IN libello de Diebus Criticis ponit Genesim hanc Maginus ex Hieronymo Rubeo Medico Rauennate; cumque causam ex directionibus in morte non conspiciant, Maginus redacto gradu Horoscopante 4. Libræ, sicut nos ponimus; cum Rubeus sextum constituat, recurrit ad suum quadratum in Aequatore, atque directione Ascendentis ad Saturni huiusmodi quadratum accidens fuisse patratum contendit: non conspiciens absque illo aspectu sic excogitato Ascendens ad Martis Antiscium peruenisse cum Sextili Mercurij, qui simul morbum illius generis decernebant. Mortuus est 1602. 16. *Aprilis hora* 19.

Ascensio obliqua Antiscij Martis gr.	249	59
Ascensio Ascend. gr.	184	52
Directio gr.	65	7

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. SALVIATI.



Ponitur hic itidem decubitus à Magino ex Rubeo pro fatali.

Luminaria ambo in cadentibus afflicta à Marte constituto in sexta.


Luna altera domina Ascendentis cum Marte, & Imperante Iouis domini octauæ, peregrini, & in sexta.

Saturnus in Occidente in Veneris tetragono dominæ Ascendentis Natiuitatis, & Decubitus, ac octauæ eiusdem Natiuitatis.

Luna in loco radicali Saturni, & Veneris opposito.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CAROLVS GONZAGA DVX I. MANTVAE.




ORitur Carolus Ludouici Niuers Ducis filius in Gallia; mortuis Francisco, Ferdinando, & Vincentio fratribus, singulis per ordinem Ducibus absque hæredibus; in Mantuæ, ac Montiferrati dominium succedit; tempore, quo cælum erat optima ratione dispositum. Mouit contra eum Ferdinandus II. Imperator bellum; captaque ab Imperialibus Mantua ab eodem Imperatore Dux primus instituitur.

Anno 1637. moritur mense Septembris ex directione Ascendentis ad corpus Solis.

Ascensio obl. ☌ ☉ gr.	30	47
Ascend. gr.	333	30
Direct. gr.	57	17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CAROLI DVCIS.




CVm Dux pluribus diebus febre vexaretur; referunt tandem immunem ab eadem extitisse: Consultus deindè à Medicis vt aliud medicamentum ad præseruationem assumeret; quamuis plurimum reniteret: coactus ferè, sumpsit medicamentum, & mortem; paulò enim post obijt; & die 21. Septembris hora 3. noctis circiter.

Pleiades in octaua. Venus Ascendentis domina occidentalis, & peregrina, est in opposito loci Martis radicalis. Mars in opposito Ascendentis; & Sol in opposito Lunæ Natiuitatis. Luna potens in octaua cum Saturno domino Ascendentium constituto cum Nodo Boreò, & in quadrato Ascendentis; Malefici potentiores; & alia erant noxia in Decubitu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

GVIDO CARDINALIS BENTIVOGLIVS.



Latitudin.

♄	0	17	M.A.
♃	1	10	S.A.
♂	0	28	S.A.
☉			
♀	2	23	S.A.
☿	1	25	M.A.
☽	3	55	S.D.

Antiscia.

♄	♐	21	10
♃	♓	24	10
♂	♓	7	8
☉	♒	9	26
♀	♓	22	40
☿	♉	21	23
☽	♉	12	22

E Ligitur Cardin alis die 11. *Ianuarij* 1621. *ex directione Iouis domini Medij Cæli ad regiam stellam in lance Australi libræ.*

Anno 1644. *moritur primo Septembris ex Ascendentis ad eamdem stellam in lance, ex macie, inappetentia, & stomachi debilitate, cuius ægritudinis vera hora non recensetur & moritur in Conclaui ob mortem Vrbani VIII. recensetur alius decubitus.*


Pol. 43. *Asc. Iouis gr.* 187 31
Ascensio Stellæ gr. 230 34
Directio gr. 43 3

*Pol.*44. *Asc. Ascend. gr.* 201 11
Asc. Lancis gr. 268 1
Directio gr. 66 50

Pol. 20. *Ascensio Lunæ gr.* 137 50
Ascensio □ ♄ *gr.* 188 43
Directio gr. 50 53 *ægritudo.*

ALIVS

ALIVS DECVB. CARD. BENTIVOLI.




CVm ſurgeret mane è lecto die 8. Nouembris 1628. fauces ita grauatus ſentiebat vt vix ſputum diglutire videretur; accerſitus Medicus reperijt febricitantem; & dubitans de angina poſt gargariſmata, veſpere miſit ſanguinem; nec nocte quieſcens adhibitæ ſunt cucurbitulæ cum ſcarificatione & aſſumpſit medicamentum; quamuis vt refert Aromatarius cum difficultate. Fluxio à capite ſubſequebatur; ſed difficultas ſpirandi minuebatur, & degluttiendi; in hoc ſtatu meliorationis fuit vſque ad 14. Menſis; in qua mane ſine febre, & difficultate immunis à Medico inuentus eſt.

Luna era in oppoſito Veneris, & Iouis libera à maleficis; Venuſque domina ſextæ, & Iuppiter dominus Aſcendentis coniuncti.

Morbum decreuit directio Lunæ ad quadratum Saturni.

RAYNVTIVS FARNESIVS DVX PARMAE.



R*Ectificata per accidentia hac figura Cælestis circumfertur.*


Mortuus est die 5. *Martij* 1622. *Cum hoc tempore luminaria à maleficis non infestentur directione, vanumque sit asserere effectus huiusmodi produci absque causis; necessariò ad directiones Ascendentis confugiendum, quod dirigebatur ad trigonum Saturni, cum priùs Lunæ quadratos radios ex domo sexta, & Mercurij occidentalis corpus tetigisset. Princeps ergo ex humorum copia, frigiditate, ac humiditate depopulato natiuo calore in hydropem adductus, ac prauum corporis habitum, è viuis migrauit; cuius affectionis in figura plurima extabant inditia; principium autem fuit dùm Luna Saturni corpus tetigit directione* 1616.

Ascensio obliqua △ ♄ *gr.*	43	44
Ascensio Ascend. gr.	350	44
Directio gr.	53	0

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. RAYNVTII FARNESII.




ANno 1610. 12. *Aprilis ægrotauit Dux, & morbus prolongatus eſt, nec mirum, cum tunc temporis Luna directione terminos Saturni, & oppoſitum tranſiret Martis; quamuis non eſſet Apheta.*

Saturnus, & Mars ægritudinis inditia ſunt in quinta, & defacili ex cauſa voluptuoſa duxit originem morbus.

Aſcendens eſt liberum a maleficis, & cum Antiſcio Mercurij ſui diſpoſitoris, qui etiam abſque maleficis in finibus Iouis recipitur à Marte Domino octauæ, conualuit hac de cauſa, & ob Lunam in finibus beneficorum cum radio Iouis, & Veneris.

CAROLVS CARD. PIVS.



Latitudin.			
♄	2	21	M. A
♃	1	12	M. D
♂	1	6	S. A
☉			
♀	0	57	M. A
☿	0	45	M. A
☽	2	24	S. D

Antiscia.			
♄	♍	29	31
♃	♍	4	
♂	♈	27	30
☉	♐	10	45
♀	♏	16	5
☿	♐	16	49
☽	♍	7	5

CLemens VIII. recuperata Ferraria à Principibus Estensibus; cum ibi esset; Matronę nobiles accedebant ad eius pedes obsculandos; qua occasione Pij mater supplex orauit Pontificem, vt filium Ecclesiasticæ rei adductim ætatis 14. suis fauoribus honestaret; Pollicitus est Pontifex auxiliaturum. Hinc filius non tantum hac pollicitatione; verùm etiam stellarum influxu degens Romæ, cum nullum prius adfuerit ex directionibus suffragium, anno 1604. die 9. Iunij Cardinalis pronunciatur ex directione Medij Cæli ad radios Iouis domini nonæ


Cardinalis honorificè se gessit in Curia. Cæterum post multa vitæ incommoda ex directionibus Solis, Lunæ, & Ascendentis ad maleficos; cùm Ascendens ad Martis terminos in principio Cancri, & quadratum Saturni peruenit anno 1641. die 1. Iunij in ortu Solis ex podagra, & macie extinctus est; quo tempore etiam dirigebatur ad Sextiles Martis.

Asc recta M.C. gr. 278 51	Asc. Ascend. gr. 8 51	Asc. Ascend. gr. 8 51
Asc. □ ♃ gr. 297 51	Asc. Ter. ♂ gr. 65 10	Asc. □ ♄ gr. 65 41
Directio gr. 19 0	Directio gr. 56 19	Directio gr. 56 50

RE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOL. IN GENESI CARD PII.



CVm Natus ægrotaret assiduò decubitus haberi non potuit.

Cum vita moderetur ex Ascendente, & luminaribus, & in hac reuolutione omnes affligantur mala portendebant.

Dominus Ascendentis Mars in sexta, est in loco Ascendentis, & Lunæ Natiuitatis.

Sol affligitur à quadrato Martis, nec Iuppiter opitulatur combustus, & peregrinus.

Luna est cum stella violenta Cordis Scorpij, & in octaua ascendit Pallilitium.

In occasu, qui vita extremum significat Cauda Draconis.


Mercurius dominus octauæ combustus.

Omnia ominosa.

Primo Iunij Mars erat in quadrato Ascendentis, Solis, & Lunæ. Luna iuncta Saturno; & Sol in suo Imperante.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ODOARDVS DVX PARMAE, ET PLAC.



PLena, & obesa corporis constitutione, breuis vitæ decernebatur positis maleficiis in Ascendente.


Bellum gessit cum Pontifice Vrbano Octauo ex directione Solis ad quadratum Martis, & sextiles Lunæ.

Dirigebatur Ascendens ad Pleiadum mediam 1646. mense Septembris; quo die 11. è viuis decessit; Hoc anno fuit Saturnus prope locum Directionis. Corpore discisso repertum est intus etiam discissum omentum, effectus stellarum violentium Pleiadum.

Pol. 44. Ascensio Pleiadum gr.	27	9
Ascendentis gr.	352	46
Directio gr.	34	23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


DECVB. DVCIS ODOARDI.



DVx ægrotauit (vt mihi refert Ducis vxoris Secretarius, die 19. Augusti hora 3. noctis circiter; quo tempore Luna erat in quadrato Saturni; Mars in quarta Natiuitatis præcisè affligens tetragono Ascendens, & in diametro Ascendentis decubitus; Luna cum violenta stella Cordis Scorpij prosperans ad Martis oppositionem. Iuppiter dominus Ascendentium in octaua, quemadmodum Sol. Durauit ægritudo diebus 23. moritur enim die 12. Septembris hora 14. Horologij; quo tempore erat Luna in Antiscijs Martis, & Saturni in Natiuitate; Saturnusque in loco Solis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IO. FRANCISCVS CARD. DE BALNEO.




Cardinalis dum erat Legatus Campaniæ, in illa regione faciebam Medicinam, & assiduè cum ipso adfueram in Ciuitate Alatri, in qua degebat tempore æstiuo; hac occasione suam Genituram indicaui; cum postea peteret Vicelegatus Auenionem, eum amplius non vidi.

Genesis est exactissima. Renunciatur Cardinalis 1627. 30. *Augusti ex directione Solis ad corpus Veneris. Cum verò Ascendens impinxit in stellam violentam Cordis Scorpij, & radium trinum Martis moritur* 1641. 24. *Iulij anno climaterico.*

Ascensio Solis gr.	206	13	*Ascensio Ascend gr.*	204	21
Ascensio Veneris gr.	255	14	*Ascen. Cordis Scorpij gr.*	267	11
Directio gr.	49	1	*Directio gr.*	62	50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. DE BALNEO.



Cum diutius laborasset dissenteria, ex qua obijt; dies decubitus obseruari non potuit; libuit idcirco hic apponere decubitum tertianæ duplicis, quæ referunt possum 1637. 12. Februari ex directione Solis ad Corpus Lunæ.


Luna erat in opposito loci Martis separata à Martis diametro in decubitu; qui qualitatem morbi decernebat ex humore cholerico.

Iuppiter dominus Ascendentis, & sextæ eum liberat non applicatus domino octauæ Saturno nisi ad modum platicè; & cum Venus etiam domina loci Lunæ intringat malitiam Saturni.

Die 26. Februarij cum Luna applicauit diametro Iouis, febris non redijt & euasit sanus deuoluta Luna ad suum oppositum in die critica.

HEN-

HENRICVS DVX MONTMORANTII GALLVS.



Latitudni.

♄	1	25	S.
♃	1	6	M.
♂	1	36	M.
☉			
♀	0	15	M.
☿	1	32	S.
☽	5	14	M.

Antiscia.

♄	♉	12	19
♃	♎	5	41
♂	♎	28	40
☉	♌	20	2
♀	♎	5	55
☿	♌	8	59
⊗	♏	23	59

CVm Dux Aureliæ Ludouici XIII. Galliarum Regis frater, varios ob prætestus ex Gallia in Brusselles aufugisset. Henricus Ducis eiusdem intuitu Linguadocæ Prouintiam (cuius erat regius Gubernator) contra Regem comouit: ibique externas nationes in auxilium aduocauit. Initis prælijs aliquibus cum militibus Regis, tandem captus capite mulctatus est die vltima Octobris 1632. damnatus ex crimine lesæ Maiestatis. Plurimi Aphorismi perniciem minabantur.


Saturnus quadragularibus radijs ex octaua Solem respicit in signis fixis. Luna domina octauæ in signo violento in Solis quadrato, ac diametro Saturni cum Stellis in Andromeda.

Apheta Pars fortunæ in opposito Martis; & Ascendens cum violento Corde Scorpij. Mercurius dominus loci Aphetici occidentalis, peregrini, inter Pleiades cum quadrato Saturni. Angulus occidentalis, qui vltimum vitæ decernit cum Stella violenta Oculo Tauri. Iuppiter dominus Ascendentis, & octauæ ob exaltationem cum Venere domina Medij Cæli, quod Regem significat. In octaua Hercules Stella violenta. Mortuus ex directione Partis for-

fortunæ Aphetæ ad Martis Antiſcium: quo tempore Medium Cæli ad Saturni quadratum ad amuſſim deuoluebatur, cui ſuccedebant radij oppoſiti Mercurij; quod ſpectandum.

Aſcenſio recta Medij Cæli gr.	107	77	Deſcenſio ⁙ Pol. 25. gr.	163	59
Quadrati Saturni gr.	225	12	Antiſcij Martis gr.	201	26
Directio gr.	37	15	Directio gr.	37	27

MORS DVCIS MONTMORANTII.



Caput obtruncatum die vltima Octobris hora ſecunda cum dimidia circiter P. M. Aſcendens eſt locus radicalis Martis.

Mars eſt cum ſtella violenta prope Aſcendens Natiuitatis, reſpicitque figuræ Aſcendens de quadrato; quemadmodum Saturnus partilius intuetur idem Aſcendens. Iuppiter Aſcendentis dominus inter Pleiadas in loco radicali Mercurij, in oppoſito Veneris dominæ octauæ, ac Saturni; quod conſideratione dignum pro qualitate accidentis.

Sol in octaua cum ſtella malefica in loco ſui oppoſito.


Luna defluit à Marte ad Mercurium.

Pars fortunæ Apheta eſt in loco Medij Cæli pro Rege.

Cauda Draconis in octaua in Antiſcio Martis in Natiuitate. TI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

TIBERIVS CARD. MVTVS ROMANVS.



Latitudni.

♄	2	26	S.
♃	0	40	M.
♂	1	48	M.
☉			
♀	1	0	M.
☿	1	0	S.
☽	2	16	S.

Antiscia.

♄	♑	27	3
♃	♋	1	3
♂	♒	8	3
☉	♉	27	2
♀	♋	13	2
☿	♉	26	4
☽	♊	19	4

C*Reatur Cardinalis à Paulo V. die* 2. *Decembris* 1615.

Saturnus cum Antare, seu Corde Scorpij dominus Ascendentis experientia mala adducit ex vrina, præcipuè in hoc cum sit prope Martem, qui in Scorpione sextam intuetur; sic Venus domina sextæ cum Nodo Vrsino.


Anno 1636. *Ascendens dirigebatur ad corpus Saturni; quo anno mense Aprilis mortuus est; ægritudinem prius passus anno* 1625. *ex directione eiusdem Ascendentis ad corpus Martis.*

Ascensio Saturni gr.	258	5	*Recta Asc. Reguli gr.*	146	27
Ascend. gr.	196	18	*Ascensio M. C. gr.*	106	18
Direct. gr.	61	47	*Direct. gr.*	40	9

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. MVTI.




Luna cum Marte in scorpione, Venusque octauæ domina, quæ vessicæ præest, & sextæ domus in opposito Lunæ, & Martis affectus in vessica demonstrabant.

Die 24. Martij post Solis occasum incæpit morbus; disputatum à Medicis an esset calculus in Vessica; Die 31. Martij eiecit lapillum, vt ordei granum, doloresque sedati sunt; itaut prima Aprilis optimè degeret; Peius se habuit 2. Aprilis, & ob febrem iam superuentam iniectæ sunt hirudines; febre itaque continuante, ac doloribus cum vigilijs die 14. Aprilis, hora 22. interijt; qua Luna applicabat Martis quadrato radicali & gr. 21. Leonis.

Decubitus portendebatur fatalis: nam Venus domina Ascendentis, & octauæ erat in opposito Martis; Lunaque in suo casu ab vtroque malefico læsa cum stella violenta in lance Australiori Libræ; & Saturnus radijs tetragonis Solem, & Ascendentia infestabat, ex opposito Lunæ radicalis; præterquam quod Luna, & Mercurius non se respiciebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

MARGARITA ALDOBRANDINA DVCISSA PARMAE



Latitudni.

♄	1	6	M.
♃	0	37	S.
♂	0	6	M.
☉			
♀	0	15	M
☿	1	0	M.
☽	1	47	M.

Antiscia.

♄	♌	16
♃	♉	22 3
♂	♍	11 2
☉	♍	22 3
♀	♌	29 5
☿	♍	20 1
☽	♍	9


Margarita Aldobrandina nepos Clementis VIII. nupta est Rainutio Farnesio Duci Parmæ, & Placentiæ. Magnam suscepit sobolem, filias nuptas Principibus, inter viuos filios in eius morte Ducem Odoardum, & Cardinalem Farnesium Mariam; qui post paulo sui obitum extincti sunt; quorum Geneses, & decubitus supra posuimus.

Ascendens tangebat directione radium quadratum Saturni; cum prius afficeretur idem Ascendens ab eiusdem Saturni terminis; & 1646. 9. Augusti mortem attulit.

Ascensio Ascendentis gr.	62	28
Ascensio □ ♄ *gr.*	120	48
Directio gr.	58	20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. DVCISSAE ALDOBRANDINAE.



Principum ægritudinis, & reliqua retulit mihi idem Secretarius fuisse paulo post Meridiem; cum prius nec optima gauderet valetudine, & credimus ob deuolutionem Ascendentis inter Saturni terminos.


Decubitus ex pluribus Aphorismis statuitur lethalis: Luna enim est cum Cauda Draconis. Mars dominus Ascendentis in octaua prope Pallilitium, ascendente stella Martiali malefica in Oriente; & Saturnus erat in occidente in suo loco radicali.

Oppositio Lunæ cum Ioue non profuit, cum eßet peregrina in Capricorno & cum contra antiscio Martis.

Mortua die 9. Augusti 14. ab initio morbi hora 13. Horologij cum Luna ad suum oppositum peruenißet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PHILIPPVS CARD. SPINELLVS NEAP.



A*Nnis 1603. 1604. Dignitates, & Cardina latum obtinet à Clemente Octa-uo; dum Ferrariæ erat Vicelegatus.*

Anno 1605. Martij vexatur ægritudine ex directione Ascendentis ad quadratum Saturni, & terminos Martis; cui directioni succedebant radij quadrati Iouis; conualuit.

Anno 1616. 26. Maij diem obijt extra Romam quo tempore dirigebatur Horoscopus ad Martis oppositum; stellam violentam in lance libræ Australi; & quadratum Mercurij occidentalis, & malefici, cùm Martis naturam assumat ex partili quadrato; Marsque est octauæ dominus. Tempus verum decubitus non habetur.


Ascensio recta Iouis gr. 126 37		*Ascensio obliq.* ☍ ♂ *gr.* 229 35	
Ascensio M. C. gr. 87 11		*Ascend. gr.* 177 11	
Direct. gr. 39 26		*Direct. gr.* 52 24	

Ascensio ⚹ ☾ *gr.* 127 38
Ascensio M. C. gr. 87 11

Directio gr. 40 27

DE


DECVB. CARD. SPINELLI.



Sol Ascendentis dominus in octaua, & quadrato Saturni ægritudinem non spernendam demonstrabat, quæ in principio lethalis visa est. Verùm quia Sol dominus Ascendentis recipitur à Domino octauæ, quem etiam hexagono respicit; Lunaq; erat in loco radicali Veneris Ioui coniuncta, & trino Ascendentis Natiuitatis, conualuit; cum præcipuè auxilium adesset in directione. Die 29. Martij cum Luna suum oppositum, & Iouis tetigit liber euasit Cardinalis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

M. ANT. COLVMNA COMESTABILIS REGNI NEA[POLITANI]



Extat hæc Genesis in nostris Tabulis Primi Mobilis, quam Coperniceo calculo scriptam iterum Ticonico supputauimus.


Post nauale prælium contra Turchas 1571. in quo Pontificias classes regebat, inito fœdere inter Pontificem, Hispaniarum Regem, & Venetos, victoriamque consequutam, per annos multos fuit Siciliæ Prorex. Anno postmodum 1584. vocatus à Rege in Hispaniam progreditur, vbi moritur in itinere mense Iulij; quo tempore dirigebatur Ascendens ad Martis tetragonum; prius verò ad Solis trigonum, qui in cadente potens in septima, ibique obtinens Imperans itinera decernebat; nec iuuarunt radij Iouis succedentes loco directionis, quòd hi radij vt adiuuent summendi sint in reuolutione, non in radice.

Ascensio □ ♂ gr.	242	15
Ascendentis gr.	193	1
Directio gr.	49	14

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. M. ANTONII COLVMNAE.




Tempus ægritudinis, & quæ contingerunt narrauit affinis meus Excellentissimi Principis à secretis.

Aegrotauit in itinere prope Medinam Cæli, in qua Ciuitate obijt; Die 9. Iulij nocte sequenti hora 13. circiter P. M. riguit, & febre correptus est, quæ continuò perdurauit; mortuus die 20. hora prima noctis; dum Luna quadratum Saturni tangebat.

Luna in opposito Martis radicali; Iuppiter dominus octauæ cum Marte; Saturnus in opposito Ascendentis radicis; Pleiades in Ascendente, & alia interitum portendebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IO. BAPTISTA CARD. DETTVS FLORENT.



Latitudin.

♄	0	0	
♃	1	14	S.
♂	0	16	M.
☉			
♀	0	58	M.
☿	2	0	S.
☽	3	4	S.

Antiscia.

♄	♏	18	3
♃	♉	16	2
♂	♐	9	5
☉	♎	22	1
♀	♎	6	3
☿	♏	17	
☽	♍	27	

ANno 1598. 3. *Martij creatur Cardinalis à Clemente VIII.*

Anno 1630. *Mense Iulij moritur; quo tempore Horoscopus dirigebatur ad quadratum Martis, & Sol ad quadratum Saturni; pedibus, manibusque contortis ex arthritide ob Mercurium, qui digitis dominatur cum Saturno; & idem Saturnus cum Mercurio; Lunaque solitaria sub terra cum radio Ascendentis defluxus à capite decernebant.*


Ascensio □ ♂ *gr.* 314 11
Ascendentis gr. 263 46
Directio gr. 50 25

Ascensio recta ⚹ ☿ *gr.* 191 49
Medij Cæli gr. 173 46
Directio gr. 18 3 *Mercurius est dominus M. C. & succedunt radij Iouis*

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. DETI.




LVna cum Nodo Boreo in quadrato Martis in octaua cum stella violenta; Mars dominus Ascendentis cum radio Mercurij combusti, & domini octauæ; & in Iouis opposito domini Ascendentis radicalis, atque in quadrato dicti Ascendentis, lethalem decubitum indicabant; & Saturnus præterea emergens mox supra Horizonta.

Morbus fuit de natura Martis, febrisque mali moris continua, ob ipsum Martem dominum Ascendentis, & sextæ; Lunam, vt diximus, cum radio Martis, ac stella Martiali; & directionem dictam ad Martis quadratum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PRINCEPS VRBINI FEDERICVS FELTRIVS.



CAptus amore cuiusdam mulieris histrionicam exercentis, die 28. Iunij 1623. vespere publicè apparuit Comædus. Die 29. mane hora nona Horologij Italici seminudus è fenestra Aurigam de Equis allocutus est. Paucis adhinc horis Aulici expectantes eum surrecturum, cum iturum venationi destinasset, mortuum in lecto reperiere.


Mors ex accidenti Epileptico absque dubio ortum duxit, cum ex Genesi hoc portenderetur; Mercurius enim cum Marte nulla familiaritate Lunæ coniungitur, quæ properabat ad Solis coniunctionem; & stella Hercules violenta partiliter reperitur in Ascendente.

Dirigebatur tunc temporis Ascendens ad Martis Antiscium, cui succedebant radij Iouis oppositi, & Antiscium Mercurij in finibus Saturni, qui qualitatem euentus proportionatam demonstrabant.

Ascensio obliq. Antiscij ♂ gr.	97	36
Ascensc. Ascend. gr.	79	30
Direct. gr.	18	6

DE


DECVB. PRINCIPIS VRBINI.



Facillimè hæc fuit hora fatalis, in qua singula in exitium cedebant. Saturnus est in Ascendente, ibi Iuppiter, qui huiusmodi mala adducit cum Luna, & Mercurio; Sol dominus Ascendentis in cadente cum Martis opposito; Mars in opposito Ascendentis Natiuitatis; Mercurius, ac Luna in loco directionis; In Ascendente stella obscura in pectore Cancri, quæ cum Saturno, aut Marte occultam semper mortem præsagit, aliaque plurima erant inditia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

GASPAR CARDINAL MATTEVS.



Latitudin.

♄	1	6	M. A
♃	1	5	S. D
♂	1	4	S. D
☉			
♀	0	52	M. A
☿	0	25	M. D
☽	1	41	S. A

Antiscia.

♄	♋	6	3
♃	♒	15	17
♂	♒	17	48
☉	♐	6	1
♀	♐	18	1
☿	♐	17	2
☽	♈	15	4

Absoluta gloriosè Nunciatura, & Legatione Pontificis ad Cæsarem, ab Vrbano VIII. creatur Cardinalis die 13. Iulij 1643. ex directione Solis ad Lunæ Antiscium; cum prius tetigerit breuia quadrata Mercurij, & Veneris dominæ domus nonæ, in qua erat Spica Virginis.

Iuppiter, & Mars in Medio Cæli in domo Martis, & cum stella regia in lance Australi libræ magna decernebant in honoribus si superuixißet; cum beneficis radijs luminaria intuerentur.


Saturno in sexta defluxibus subiectus; Ex potentibus podagræ doloribus, atque totius corporis ex frigidorum humorum affectibus, simul cum complicatis directionibus Ascendentis ad Saturni hexagonus, & quadratum Solis, moritur 1650. die 19. Aprilis.

Ascensio Solis gr.	316	10
Asc. Antisc. Lunæ gr.	8	39
Directio gr.	52	29

Ascensio Ascend. gr.	315	0
Asc. ✳ *Satur. gr.*	14	9
Directio gr.	59	9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. MATTEI.



Assiduis ferè doloribus excruciatus totius corporis, febre corripitur die 9. hora secunda circiter P. M. Aprilis 1650. quam Coriphei Medici dicebant simptomaticam ex defluxibus; & humor erat in venis maioribus deuolutus ex corporis habitu.


Saturnus in loco Natiuitatis in quadrato Mercurij peregrini in Piscibus, domini loci Saturni, & sextæ radicalis; & dominus sextæ frigidos affectus decernebat.

Decubitus erat lethalis cum dominus Ascendentis Sol esset cum Marte; & Venere domina octauæ; Lunaque partiliter in occasu radicis, & Solis opposito; atque Ascendentis radicis; & in decubitu in quadrato Martis, & Solis, qui sunt in loco directionis.

Omnia hæc funestabant; cum nullum præterea esset beneficorum auxilium; nam Iuppiter erat in Scorpione prope Caudam Draconis; Venusque sub radijs Solis combusta peregrina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PHILIP. COLVMNA MAGNVS COMEST. NEAP.



Latitudni.

♄	0 8	M.
♃	0 35	S.
♂	1 27	M.
☉		
♀	1 15	M.
☿	2 7	M.
☽	4 57	S.

Antiſcia.

♄	♐	6 33
♃	♓	23 58
♂	♏	16 44
☉	♌	28 14
♀	♍	3 13
☿	♍	19 31
☽	♊	8 7

DVm Marcus Antonius Columna erat Siciliæ Prorex, eius filius Fabritius ex Anna Borromæa Diui Caroli ſorore Philippum progenuit; Primogenitum verò Marc. Antonium, qui Sixti V. neptem duxit in vxorem; quo mortuo, quemadmodum filio, etiam Marco Antonio appellato, Philippus hæres anno 1611. Auguſti inſtituitur, quo tempore Cæli medium directione tangebat radios Sextiles Solis.

Oppoſitum Saturni cum Luna, Pleiades in Oriente, & tetragonus platicus Solis cum Marte oculis nocuerunt.


Venus domina Aſcendentis male affecta in duodecima in quadrato Lunæ, & Saturni; Antiſcium Martis in Horoſcopo Veneris contubernio, dominæ etiam ſextæ, in qua Cauda Draconis inſiſtit partiliter, morbos ex corruptione deſignabant; ex quibus obijt 1639. 12. Aprilis, ex directione Aſcendentis ad Lunæ corpus, cui ſuccedebant radij Saturni, & Veneris ex morbo longo, corporiſque omnimoda emaciatione.

Recta Aſcenſio ⚹ ☉ gr. 333 47		Aſcenſio obliq. Lunæ gr. 91 27	
Aſc. Medij Cæli gr. 300 27		Aſcend. gr. 30 27	
Directio gr. 33 20		Directio gr. 61 0	

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. PHILIPPI COLVMNAE.




DEcubitus ægritudinis, ex qua obijt tempus incertum est.

Venerat Romam anno Iubilæi 1600. ex suis Castris in Regno Neapolitano, & ægrotauit, cui cum Romæ degerem, adstiti plurimum. Dirigebatur Ascendens ad trigonum Martis, qui & iter, & morbum de eius natura denunciabat; duplici enim tertiana correptus est; cuius qualitas etiam in decubitu ostendebatur, cum Luna, & Mars simul iuncti essent in opposito eiusdem Martis radicali, præter alia plurima.

Luna defluens à Marte ad Iouem, & radios Veneris octauæ domus dispositores; Sol & Ascendens liberi à maleficis decubitum ostendebant salutarem; conualuit credimus die 20. à principio morbi cum Luna tetigit corpus Iouis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IO. BAPTISTA CARD. LENIVS ROMANVS.



Latitudni.

♄	1	29	S.
♃	1	4	S.
♂	0	14	S.
☉			
♀	1	10	S.
☿	1	40	S.
☽	4	51	S.

Antiscia.


♄	♐	20	0
♃	♈	21	57
♂	♊	7	0
☉	♊	26	0
♀	♉	19	35
☿	♊	8	35
☽	♊	27	0

*V*ideram ſex ante annos hanc Geneſim; prædixique Aſcendentis deuolutionem ad Mercurij corpus imbuti natura Martis futuram anareticam, atq; exitialé anno 1627. Autumno. Hoc anno Septemb. menſe decreuerat Ferrariã ire, cuius Ciuitatis erat Epiſcopus; familiaris quidam Genituræ conſcius conſuluit, vt caueret directionem iam proximam: mutauit eã propter conſilium. Die 15. Octobris mane ex improuiſo vrina ſupprimitur; pluribus medicamentis adhibitis, iiſque irritis, ad vſum catheteris ventum eſt; quo imiſſo in Veſſica vrina reperta non eſt: ex renibus namque non deſcendebat. Conſultum à Medicis de motu, & vt in curru veheretur, quo peracto vrinæ copiam eiecit maximam; quibus non obſtantibus eum vrina eſſet per venas deuoluta ſuperuenit febris, & die tertia Nouemb. extinctus eſt. Morbus fuit de natura Martis ſuccedentis loco interemptorio, ac ex renum affectibus, quorum aderat inditium in Genitura Creatus eſt Cardinalis die 24. Nouembris 1698.

Aſcenſio Solis gr 71	31		Aſcenſio ♂ ☿. gr. 90	36
Aſcend. gr. 40	25		Aſcend. gr. 40	25
Direct. gr. 31	6		Direct. gr. 50	11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. LENII.



Mars dominus Ascendentis cum stella violenta in octaua, & Ascendens cum stella violenta.

Idem Mars in Antiscio directionis dominus sextæ retrogradatur super Ascendens Natiuitatis, cum aspectu Mercurij domini octauæ.

Mercurius dominus Ascendentis Natiuitatis, & octauæ Decubitus pariliter Saturno iunctus.


Luna applicat Saturni, & Mercurij quadratis.

Sol in loco sextæ domus, & Caudæ Draconis.

Hæc morbi qualitatem decernebant; nec non fatalem decubitum, si quæ diximus superius attendantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FEDERICVS DVX SABELLIVS.



MArs in suo domicilio in septima dominus lineæ orientalis ob exaltationem. Natum militari officio addictum decernebat; hinc Martialibus administrationibus plurimis pro Cæsare, & Pontifice interfuit, apud quem pro eodem Cæsare Legatus extitit summo honore. In Prælijs remansit captiuus Suecis, quamuis ob Iouem cum exitu propitio. Decernebant captiuitatem Mars ibi constitutus oppositus Mercurio; & iunctus Caudæ Draconis; ob stellā violenta in duodecima, & alia Administrationes & honores ex ♂ ad △ ♄ ♃ in 4. Medio Cæli.

Post tot administrationes honorificè gestas tandem anno 1649. 19. Decembris diem clausit ex pleuritide post sex dies ægritudinis hora 4. noctis sequentis, ex directione. Ascendentis ad quadratum Martis, & oppositum Lunæ absque latitudine

Ascensio Ascend. gr.	293	20	
Ascensio □ ♂ gr.	0	15	
Directio gr.	66	55	1649. Decembris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. DVCIS SABELLII.

1649.

Decemb.

D. H. M.

12. 16. 0. Horol.

AEgrotauit die 12. Decembris hora circiter 16. Horologij Italici ex lateris dolore maximo; & difficultate spirandi.

Erat Saturnus dominus Ascendentis in domo ægritudinum cum quadrato Lunæ & opposito Solis, & Antiscio radicali Martis.


Sol dominus octauæ in opposito Saturni domini Ascendentis.

Mars in Ascendente potens, et Mercurius dominus sextæ cum adusta stella Cordis Scorpij fluxiones calidas excitarunt; cum Luna etiam hoc propinaret in domo Martis cum radio Saturni, & Mercurij.

Moritur die 19. hora 4. noctis sequentis; quo tempore erat Luna in loco Martis Natiuitatis; & in Antiscio Saturni in decubitu. Marsque in opposito Antiscij eiusdem Natiuitatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

RVBERTVS CARD. VBALDINVS MONTEPOL.



Latitudin.

♄	1	42	S.
♃	1	7	S.
♂	5	6	M.
☉			
♀	0	37	S.
☿	0	25	M.
☽	4	50	S.

Antiscia.

♄	♐	12	5
♃	♓	9	18
♂	♍	22	1
☉	♓	22	1
♀	♒	17	2
☿	♓	3	5
☽	♋	21	2

ANno 1605. *Cardinalis Medices patruus electus est in Pontificem, vocatum Leonem Vndecimum, qui 27. tantùm diebus superuixit.*

Legationes subijt Pontificias ad Regem Galliæ.

Anno 1615. 2. Decembris creatur Cardinalis à Paulo V.

Anno 1635. Ascendens pergebat directione ad Saturni quadratum; quo anno mense Aprilis extinctus est.

Saturnus in Ascendente cum quadrato Mercurij Domini sextæ calculum in Vessica decernit.

Ascensio recta ✱ ♃ gr.	260	2	*Ascensio obliq.* □ ♄ gr.	9	38
Ascensio Medij Cœli gr.	[illegible]	54	*Ascendentis* gr.	312	54
Directio gr.	37	8	*Directio* gr.	56	44

DECVB. CARD. VBALDINI.

1635.
Martij.
D. H. M.
18. 1. 0. P.M.
Romæ.


Dolores circa vessicam, adiacentesque partes aduenere die 18. Martij hora circa Meridiem: nec vnquam sedati sunt, donec superueniente febre die 22. Aprilis mane mortuus est; repertusque in vessica lapis folliculo inuolutus ponderis vnciarum trium; quo tempore Luna applicabat Saturni opposito in Natiuitate.

Directio Ascendentis ad vires Saturni, & Saturnus in sexta morbum de eius natura, & significatis decernebant; præcipuèq; ob Saturnum eumdem in Natiuitatis Horoscopo cum quadrato Martis, qui in vessica morbos, & contiguis demonstrabat.

Lethalis erat decubitus ob Lunam combustam prope Nodum Boreum; Solem Horoscopi dominum cum Marte, ac quadrato Saturni domini octauæ; Saturnum dominum Ascendentis Natiuitatis in sexta cum quadrato malefico Martis, atque ob alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

BERNARDVS VEIMARIVS DVX.




GEnituras Lesdigeurij, Crequij & hanc Veimarij, Illustriß. Iacobus Valesius in Delphinatu Quæstor mihi trasmisit. Ista tamen visa per accidentia optimè verificata; quoniam Ascendens breui in corpus Martis directione illidebat: pàrum antequam occumberet sepissimè cum amicis Patauij publicaui Veimarium ad paucos dies fore in Libitinæ peculio, vt accidit mirantibus cunctis.

Luna cum Nodo Austrino opposità Marti; In octaua Pleiades; Venus domina octauæ in sextili longo Saturni.

Ascensio ☌ ♂ *gr.*	242	2
Ascend. gr.	207	12
Direct. gr.	34	50

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. DVCIS VEIMARII.




DIe 15. Iulij Basileæ ianuas pertransiens, in Fortalitio, quod è regione est ad horæ mediæ spatium commoratus est, valetudine se diminutum cognoscens; festinauit itaque Neoburgum, vbi die 18. eiusdem mensis è vita euolauit. Discisso cadauere partes epatis, & lienis duras Medici inuenere, pulmonesque corruptos, assiduis, vt putant laboribus, atque anxietatibus vitiatos.

Decubitum fatalem præsagiebant, Ascendens locus radicalis Martis, & Anareticus; in occasu Pleiades; Mars dominus Ascendentis sub radijs Solis; Luna peregrina in opposito Solis, & Martis. Saturnus in quadrato Ascendentis, & prope Antiscium loci Aneretici, ipse dominus Ascendentis radicalis; ægrotauit in itinere ob luminaria, & Martem in cadentibus.

OCTA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

OCTAVIVS CARDINALIS PARAVICINVS



MAgna decernebantur in senectute si superuixißet ex Ioue domino Medij Cæli in Leone cum Capite Draconis in septima in sextilis Partisfortunæ positæ cum regia spica Virginis, atque trino Lunæ, & Martis hexagono, manente in Medio Cæli Corde Scorpij.

Nobilis Romanus ex Germania oriundus, Nuntius apud Heluetios, & deinde in Hispaniam protector Germaniæ; Legatus Cæsaris apud Pontificem anno 1595. & Cardinalis 1591. Martij 6. à Gregorio XIV. ex directione Solis ad suum sextilem.


Moritur anno 1611. 4. Februarij ex præcipiti fluxione humorum ad collum, & fauces ex directione Ascendentis ad Pleiadum medium in gr. 23. 45. Ianuarij quod signum illis partibus dominatur; Cum mense Decembris antecedentis acciderit Lunæ eclipsis in gradu 7. Cancri loco quadrato Lunæ in Natiuitate.

Ascensio Ascend. gr.	329	52
Ascensio Pleiad. gr.	28	22
Directio gr.	58	30

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. PARAVICINI.




Natum podagra, & doloribus articularibus assiduò pluribus annis circumuentum; fluxiones deinde etiam in spatulis, & partibus spiritualibus infestabant; hinc pridie quam moreretur gulam, collum, & partes adiacentes petientes ad eo velociter, vt die sequenti quarta Februarij hora 2. noctis iugularint.

Hoc tempore Mars in Tauro (quod signum collo, & contiguis præest partibus) erat in opposito Lunæ, & quadrato Ascendentis Natiuitatis. Sol in Ascendente dicto iunctus Saturno in quadrato Martis, & Lunæ in sexta decubitus.

Mercurius, qui maxima fluxionum est origo dominus Ascendentis iunctus Saturno & alia concurrebant, & harmonicè.

LEONORA VRSINA DVCISSA SFORTIA.



Latitudni

♄	2	47	S.
♃	0	49	M.
♂	3	38	S.
☉			
♀	1	14	M.
☿	1	37	S.
☽	5	14	M.

Antiscia.

♄	♓	10
♃	♒	20
♂	♉	3
☉	♍	28
♀	♋ 15 ♒	7
☿	♎	27
☽	♋	22

*V*Enus domina Ascendentis, octaua, ac sextæ, est in opposito Martis, trigono, ac dignitatibus Saturni.

Luna cum Pallilitio stella Martiali in quadrato Mercurij peregrini, occidentalis, & iuncti Caudæ Draconis in quinta.

Saturnus in Ascendente, qui morbos sui generis adducit.

Mortua anno 1634. 17. Decembris cùm Horoscopus ad Lunæ oppositum potentis in octaua dirigebatur. Mars, quirenibus dominatur ad radios Veneris dominæ Ascendentis, octauæ, & sextæ; & Sol ad Veneris quadratum inter Pleiadas: sicut Luna ad Iouis domini sextæ diametrum.

Ascensio ☽ ☍ *gr.* 162 9
Ascenden. gr. 197 19
Directio gr. 64 50


Pol. 30. *Ascensio* △ ♀ *gr.* 205 31
Ascen. ♂ *gr.* 140 47
Directio gr. 64 44

Pol. 42. *Ascen.* □ ♀ *gr.* 67 2
Ascensio Solis gr. 2 10
Directio gr. 64 52

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. DVCISSAE SFORTIAE.




Die vltima Nouembris circa mediam noctem cum doloribus vrina suppressa est; die 3. Decembris affectu perseuerante, vespere febris accessit, cum Luna inter Pleiadas applicaret radio Martis quadrato Natiuitatis; quæ non imminuta cum vrinæ difficili stillicidio, ac doloribus, die 17. eiusdem mensis sustulit eam è viuis; quo tempore Luna quadrato Martis copulabatur in Scorpione signo illis partibus dominante.

Plurima faciebant lethalem decubitum; Luna nempe in octaua in opposito radicali Saturni, & tetragono Martis; Sol in loco Lunæ: Mercurius Ascendentis dominus cum Saturno. Venus domina Ascendentis Natiuitatis cum Marte, à quo in radice affligebatur, aliaque plurima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DOMINICVS CARD. GYMNASIVS BONON.




Dominicus Gymnasius à Castro Bononiensi in Romandiola mictitur à Clemente VIII. Nuntius ad Regem Hispaniarum; annoque 1604. die 9. Iunij ab eodem Pontifice creatur Cardinalis.

Anno 1639. Martij mortuus; quo tempore Ascendens ad suum quadratum, corpusque Lunæ directione perueniebat.

Ascensio recta ✶ ♀ gr.	215 22	Ascensio ☌ ☾ gr.	340 6
Ascensio Medij Cæli gr.	162 29	Ascendentis gr.	252 29
Directio gr.	52 53	Directio gr.	87 37

DE

DECVB. CAR D. GYMNASII



MArtij die 12. hora secunda noctis circiter ex improuiso superueniente fluxione humoris ad fauces, & pectus hora 5. noctis suffocatus expirauit.


In anni reuolutione Sol est in Saturni diametro. In morte Mars in Solis Aphetæ tetragono.

Ascendens est Saturni Antiscium radicale, læsum quadrato eiusdem saturni: Mercurius octauæ dominus in loco radicali Saturni, & Lunæ, (quod etiam qualitatem mortis indicabat.) Luna in octaua partiliter cum Cauda Draconis; Marsque in occiduo finitore, qui Vitæ finem demonstrat, & alia decubitum faciebant lethalem.

Credimus in morte centralem fuisse directionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ANDREAS CORNELIVS VENETVS SENATOR.




ANdreas Cornelius Senator Venetus Toga, ac Paludamento præclarus magnanimitate, ac munificentia Regio suo generi non impar, post obitam armorum in continenti Veneto supremam administrationem, dum eadem summo cum Imperio in Cretæ Regno moderatur, ingentes Turcarum copias per inuasam Insulam furentes exigua militum Venetorum manu pro virili sustinere, atque compescere nititur; ad Vrbem Rithimum, recenti ac tumultuario vallo iam ab hoste superato dum districto ense cum Camillo Principe Gonzaga alijsque fortissimis Ducibus continuò obequitat suorum reliquias seruabundus, inque proximam Arcem adigens, semper ipse hosti proximus, manualis tormēti vulgò Moschetti glande medio in pectore à Thracibus sauciatur die 20. Octobris 1646. hora 22. cum dimidia horol. ex directione Asc. ad term. ♂, & ☉ ad cusp. 4. domus, ex quo ictu sesqui hora postquàm fortissimè, ac gloriosissimè occubuit, omni interim vulneris cura abiecta, sed tradendis assiduò rei Venetæ seruandæ præceptis incumbens, confirmandisq; in fide Ducibus superstitibus; quos pro patria, ac iustissimo Principe, pròque Religione ad indeficienter, & indefessè dimicandum & extrema quæque perpetiendum suo exemplo, ac verbis hortabatur, deprecabatur.

RE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOLVTIO ANDR. CORNELII.



Reuolutio anni 51. Nati in quo obijt infausta erat, & absque directionibus etiam mala in vita adduxisset; Mercurius enim dominus Ascendentis Natiuitatis erat in opposito Saturni, quadrato Lunæ, & cum Ascendente in loco directionis, & obediente Saturni radicali.

Luna peregrina in quadrato Solis, Saturni, & Ascendentis. In octaua locus Martis radicalis. Occidens quod vitæ extremum significat cum Antiscio Saturni Natiuitatis; & cum Saturno. Sol separatus ab oppositione Saturni applicans Corpori Martis. Venus domina Ascendentis reuolutionis prope stellam violentam.


Omnia periculũ violenti exitus decernebant; qui ex figura Natiuitatis lucidè demonstrabatur; Luna namque in duodecima in Martis quadrato, & cum Saturno; Sol & Mercurius dominus Ascendentis in signo violento, Marsque inter Pleiades violentiam portendebant.

Hora mortis Luna erat in loco Saturni, & Sol in quadrato Martis.

Ascend. gr.	166 0	Pol. 31. Asc. ☉ gr.	219 42
Term. ♂ gr.	216 58	Cusp. 4. gr.	270 36
Directio gr.	50 58	Directio gr.	50 54

LAV:

LAVDIVIVS CARD. ZACCHIA IANVEN.




Antiscia.			
♄	♈	21	[illegible]
♃	♒	22	[illegible]
♂	♈	21	[illegible]
☉	♍	21	[illegible]
♀	♒	8	
☿	♍	17	[illegible]
☽	♉	27	[illegible]

EPiscopus Montis Falisci mittitur Legatus à Gregorio XV. ad Venetos; & ab Vrbano VIII. anno 1626. 19. Ianuarij renunciatur Cardinalis S. Sixti. Anno 1637. die 30. Augusti vita extinctus est; quo tempore Ascendens directione ad quadratum Solis peruenit, & trigonum Saturni, vbi coeunt radij sextiles Veneris, & Iouis; hinc ob tantam mixtionem morbus fuit compositus.

Ascensio □ ☉ gr.	303	20
Ascendentis gr.	233	0
Directio gr.	70	20

DE-

DECVB. CARD. ZACHIAE.



ANte Solis occasum incæpit morbus die 12. Augusti; febrisque continua mali moris cum maxima inappetentia. Die 7. 18. Augusti circa mediam noctem succedentem cum Luna ad suum peruenit quadratum, accessit delirium; copulabatur enim Marti; quod tandem terminatum est in letargum; hinc præter plurima ad excitandum, balneum paratum ex aqua ardente; obijt die 30. Augusti dum Luna transiret locum directionis; Videant Medici huius artis probabilitatem.


Luna domina sextæ domus in quadrato Solis, & Martis acutos morbos producit; estque in opposito Ascendentis Natiuitatis læsa ab vtroque Malefico.

Affectus cerebri portendebant Luna afflicta, & Mercurius cum Marte.

Erat fatalis decubitus ex Mercurio domino octauæ, & Ascendentis ob trigonum, cum Marte, ac opposito platico Saturni; & Martem in loco Lunæ radicali, qui Lunam, & Ascendentia infestat radijs maleficis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANC. MEDICES COSMI II. DVCIS FRATER.




Concordat Amnimodar ex loco Lunæ dominæ loci Solis ob exaltationem in præcedenti luminarium oppositione, cum Venus sit debilis combusta. Accidens tantum mortis non potuit absque magna oriri causa superiori; cum ergo tunc temporis Luminaria libera existant à maleficis; necessario deueniendum ad Ascendens; quod anno 1614. Maij peruenit directione ad corpus Martis in Martis finibus.

Ascensio ♂ gr.	69	0
Ascensio Ascend. gr.	49	0
Directio. gr.	20	0

Mortuus est die 17. Maij hor. 18. min. 45. Horologij Pisæ 1614.

DECVB. FRANC. MEDICES.



Infelix decubitus.

Mercurius Ascendentis Natiuitatis dispositor, occidentalis cum stella violenta.


Iuppiter dominus loci Lunæ radicalis & Aphetæ, sicut octauæ decubitus peregrinus retrogradus in sexta cum Cauda Draconis.

Venus Ascendentis domina combusta in oriente inter Pleiadas.

Luna Apheta, et altera domina Ascendentis in duodecima cum Saturno, & Marte; & quæ peiora poterant ex Astris parari ad Principis suauissimi internicionem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ALBERTVS CARD. BOLOGNETTVS.



Albertus Bolognettus Bononiensis renunciatur Cardinalis à Gregorio XIII. die 12. Decembris 1583. ex Medij Cæli directione ad sextiles Lunæ, & quadratum Solis; quæ directiones decernebant etiam itinera, quæ subijt in Germaniam. Sequenti anno 1584. dirigebatur Ascendens ad trinum Saturni; & Luna ad quadratum Solis, & longa vexatus est ægritudine; quæ incepit hoc anno 10. Septembris, & anno 1585. 20. Maij è vita discedit, & in Germania, extrà patriam: nam ex Ptolemæo peregrè moriuntur, quorum interemptricia loca occupantes ab angulis deciderint.

Ascensio recta M. C. gr. 165 58
Ascensio ✶ ● gr. 221 18
Directio gr. 55 20


Ascensio Ascend. gr. 255 58
Ascensio △ ♄ gr. 211 30
Directio gr. 55 32

Pol. 2. Descensio ● gr. 165 2
Ascensio △ ☼ gr. 220 55
Directio gr. 55 55

RE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOLVTIO CARD. BOLOGNETTI.



IN hac reuolutione Luna motu æquinoctialis est in octaua domo mortis sub radijs Solis absque aspectu beneficorum. Caput Draconis in Ascendente Natiuitatis, & in occidente Cauda. Mars in domo ægritudinum potens in Ascendente, in quo est suum contra antiscium, quamuis platicè. Saturnus dominantur Ascendenti, & Sol octauæ.


Aegritudinis principio, & die 10. Septembris Sol erat in loco partili Saturni radicalis. Luna applicabat stellæ violentæ Cordis Scorpij.

Die 20. Martij, quo natus moritur Sol est in opposito partili Ascendentis natiuitatis, et cum Marte; Luna in quadrato Martis, & dicti Ascendentis.

Sol maximè afficitur vt vitæ significator.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

MVLIER EXCELLENTISSIMA.



Excellentissima Domina anno 1632. Iunij ægrotauit ad mortem; omninoque à Medicis desperata præter spem conualuit; viuitque.

Aderat tunc temporis Horoscopi directio ad Saturni terminos, & principium libræ; nec non Solis ad trigonum Martis.

Ascensio prin. ♎	gr.	180	0
Ascend.	gr.	149	30
Directio	gr.	30	30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


DECVB. EXCELL. MVLIER.

1632.

Iunij.

D. H. M.
6. 14. 30. P.M.

Romæ.




Fuit morbi initium die 6. Iunij. die 11. ab ægritudinis principio præter spem conualuit. Mars erat supra Ascendens radicale; Saturnus quadrato affligebat Lunam in Natiuitate, & decubitu. Venus domina Ascendentis erat in opposito Saturni, & cum Ioue domino octauæ. Hæc inficiebant.

Ex altera parte benefici, & Caput Draconis in Ascendente cum Lunæ radio fuerunt auxilio; & prætere a ingressus fælix, & directiones debiles.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DOMINICVS MOLINVS SENATOR VENETVS.



Latitudni:

♄	2	2	S.
♃	1	25	M.
♂	1	23	M.
☉			
♀	2	3	S.
☿	1	49	S.
☽	2	23	M.

Antiscia.

♄	♒	9	4
♃	♍	9	1
♂	♐	5	4
☉	♑	22	4
♀	♓	8	
☿	♒	9	1
☽	♋	13	2


ANgliæ, Galliæ, Germaniæ, Daniæ, Græciæ, Italiæ, Poloniæ; quid amplius? totius Europæ; Hic Mæcenas habebatur; non Rex, non Monarcha: Senator solum Venetus; tantum Reipublicæ Venetæ claritudo, tantum valet virtus.

Diem obijt 1635. Nouembris ex directione Solis Aphetæ ad Antiscia Mercurij malefici, & Saturni.

Ascensio Solis Pol. 36. *gr.*	262	9
Ascend. ☿ *gr.*	325	16
Direct. gr.	63	7

DE-

DECVB. DOMINICI MOLINI.




QVamuis diei 7. Nouembris nox sequens fuerit grauis; die tamen Veneris 9. dum Missæ celebrationem Senator auscultaret hora 17. circiter rigor inuasit; quo non obstante Collegium ingressus est; rediit domum, frigusque vsque ad vesperas perdurauit, & febris inualuit. Rediit die postera febris licet non tam magna cum pauco rigore; Die 11. mensis accessio febri diei 9. correspondit; sicque duplicis tertianæ, ac còntinuæ typum obseruauit, quousque paulatim viribus deficientibus è viuis decessit die 16. eiusdem mensis hora 2. noctis.

Fatalem omnino decubitum decernebant; Luna peregrina combusta in loco radicali Mercurij, & Saturni; nec non quadrato respiciens locum Aneretícum; Saturnus in Ascendente. Mercurius Anereta cum stella violenta in loco Solis: Sol in loco Saturni, ac Mercurij; Mars in quadrato Ascendentis. Iuppiter dominus Ascendentis in quadrato Mercurij peregrinus, & alia.

Genesim, & decubitum obtulit mihi D. Iacobus Pighettus Bergomas Senatoris familiaris intimus, vir eruditissimus, quique epitaphium in sepulchro condidit, præter elogium impressum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FEDERICVS PRINCEPS CAESIVS ROMANVS.



AEgrotauit, vt mihi referebat, annis 1611. 1615. ex directione Ascendentis ad quadratum Iouis domini sextæ, & trigonum Saturni: sic multa passus 1609. directione Solis ad corpus Saturni.

Anno 1635. Ascendens perueniebat ad corpus Martis, quo anno die 2. Augusti mortuus est; nec iuuarunt radij tetragoni Veneris.


Luna domina Horoscopi combusta; et horoscopus quadrato Saturni afflictus morbis, & ægritudinibus inseparabilibus conflictandum ostendebant; Saturnusque est septimæ, & Octauæ dispositor in suo casu.

Ascensio ☌ ♂ gr.	125	31
Ascend. gr.	80	11
Directio gr.	45	20

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. PRINCIPIS CAESII.



LVna est in opposito Martis radicalis.

Mercurius cum Nodo Boreo dominus Ascendentis.


Iuppiter, & venus domini sextæ in opposito, & quadrato Martis, domini octauæ, qui affligit prope Ascendens.

Sol alter octauæ dominus in quadrato Saturni.

Adfuit morbus vessicæ longus, ex vessica vlceribus repleta, ac materia, ferè carne spongiosa, vt fuit repertum. Decubuit die 25. Iulij cum febre, nec amplius surrexit, mortuusque die 2. Augusti hora 3. circiter post ortum Solem; cùm Luna in Figura decubitus petebat occasum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CARDINALIS BLANCHETTVS



Latitudni.

♄	1	47	M.A
♃	0	1	M.D
♂	0	4	S.A
☉			
♀	4	41	M.A.
☿	0	57	S.D.
☽	1	34	M.A.

Antiscia.

♄	♑	21	59
♃	♑	3	59
♂	♈	13	36
☉	♈	1	7
♀	♉	14	57
☿	♓	19	23
☽	♑	18	11

Videant Professores quam harmonice agunt superiora corpora singula in accidentibus propitijs, aut infaustis in quolibet genere


Pronunciatus est Cardinalis hic natus à Clemente VIII. 1596. Martij *ex directione* Medij *Cœli ad trinum Veneris.*

Obijt anno 1612. *die* 13. *Martij ex directione Ascendentis ad* Solis *diametrum imbuti natura malefica.*

Ascensio recta Medij *Cœli gr.*	202	54	
Recta △ ♀ *gr.*	254	7	
Directio gr.	51	13	
Ascensio Ascendentis gr.	292	54	
Ascensio ☍ ☉ *gr.*	259	29	
Directio gr.	66	30	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOLVTIO CARD. BLANCHETTI.



NOn est notus decubitus. *Posuimus eapropter anni reuolutionem scientes in ea conspici confirmationem effectus decreti ex directionibus.*


In hac reuolutione ambo luminaria infaustantur; Sol à conuentioni Martis, *& Luna defluens à Solis opposito ad oppositum* Martis.

Insuper dominus Ascendentis, & loci Lunæ radicalis est in domo octaua præter alia.

Die mortis 13. Martij 1612. *transit Saturni super locum suum, & Lunæ in natiuitate dominus Ascendentis reuolutionis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANC. LESDIGVERIVS MAGNVS COMES. FRAN



Miles strenuus prælijs assiduo interfuit cum honore summo, omnesque gradus in militia est consecutus. Anno 1600. *Prorex in Delphinatu eligitur; & anno* 1609. *Marescallus Franciæ.*


Ob situm Saturni in sexta cum opposito Martis constituti inter Pleiades plurimis fuit ægritudinibus obnoxius, pluresque, & varias passus est.

Anno 1626. *moritur; cum directione Sol ad suum quadratum proprium peruenisset mense Septembris; passus prius anno præterito diarrhea molesta cum vomitu, ex directione Solis eiusdem ad Saturni trigonum.*

Ascensio Solis Pol. 33. *gr.* 13 40
Ascensio □ *propr. gr.* 97 3
Directio gr. 83 23

DE-


DECVB. DVCIS LESDIGVERII.



Genesim, ac decubitum misit Illustrissimus D. Iacobus Valesius Quæstor in Delphinatu.

Saturnus, & Mars domini Ascendentis cum Sole Domino octauæ, in octaua. Luna in quadrato maleficorum in Natiuitate, & cum Cauda Draconis: nec non malefici partiliter in loco radicali Lunæ, decubitum omnino fatalem faciebant.

FABRITIVS CARD. VEROSPIVS ROMANVS.




VErospius Auditor Rotæ pluribus legationibus implicitus, eligitur tandem Cardinalis à Pontifice Vrbano die 30. *Augusti* 1627

Moritur anno 1639. *Ianuarij ex directione Horoscopi ad Martis trigonũ, cum prius Saturni quadratum pertransißet, à quo naturalis calor ferè depopulatus est, malusque corpori habitus impreßus; hinc Natus hydropi addictus.*

Ascensio △ ♂ *gr.*	335	42
Ascend. gr.	268	52
Directio gr.	66	50

Ascensio recta △ ☉ *gr.*	234	12
Medij Cæli gr.	178	52
Directio gr.	55	20

DECVB. CARD VEROSPII.




VAletudinarius, fluxionibus perpetuis excruciatus, ac crurium languore confectus, vt referunt Medici, lenta febre ægrotauit die 24. Ianuarij post horam noctis sequentis circiter; mortuus verò die 27. mensis eiusdem hora 17. horologij, cum Luna Saturni loco in Natiuitate copulabatur.

Luna est in loco Martis radicali, & in quadrato Saturni. Mars in loco Iouis domini Ascendentis Natiuitatis. Sol dominus Ascendentis cum Saturno, & Venere domina octauæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CAROLVS CREQVIVS MARESCIALLVS FRANCIAE



Filiam Lesdiguerij anno 1595. duxit in vxorem; Dux Prætorianorum eligitur anno 1606. & Prorex Delfinatus absente Lesdiguerio Socero.

Anno 1598. 8. Martij captus à Duce Sabaudiæ in bello pluries vulneratus.

Anno 1621. Marescallus Franciæ, & Gubernator Gratianopolis.


Legatus ad summum Pontificem anno 1633. Anno 1635. Imperator exercitus in Italia contra Hispanos.

Anno 1638. 17. Martij ictu tormenti maioris belli concidit Bremi. Sol inter Pleiadas in duodecima est Marti oppositus; Saturnusque, & Ascendens se diametro inutentes cum stellis violentis.

Ascensio recta Medij Cæli gr. 310 30
Ascensio □ ♃ gr. 342 39
Directio gr. 32 9

Ascensio Imperantis Martis gr. 104 19 seruata latitudine.
Ascend. gr. 40 30
Directio gr. 63 49


DECVB. DVCIS CREQVII.



Mars in Ascendente Natiuitatis Apheta.
Ascendens locus Lunæ, & Martis Contra Antiscij; ac locus directionis.
Saturnus in occidente in opposito loci Lunæ, & in Iouis quadrato.
Mercurius dominus Ascendentis Natiuitatis in octaua.
Cauda Draconis cum Hercule in duodecima; & alia erant indicia praua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

MARIVS CARD. THEODOLVS.



Latitudin.			
♄	1	54	S.
♃	0	42	M.
♂	0	40	S.
☉			
♀	0	55	S.
☿	1	26	S.
☾	4	37	S.

Antiscia.			
♄	♒	1	1[illegible]
♃	♒	11	2[illegible]
♂	♉	19	37
☉	♌	8	17
♀	♈	26	41
☿	♈	21	30
☾	♊	4	32

Marius Theodolus ex Marchionibus Santi Viti prope Preneste, plurium locorum in statu Ecclesiastico Præfectus, empto Cameræ Clericatu, & deinde Auditoratu creatur Cardinalis anno 1643. 13. Iulij ex directione Medij Cæli ad Sextiles Mercurij Almuten figuræ Cælestis; nec non directione Mercurij domini Medij Cæli, & Ascendentis ad Sextiles Martis domini nonæ.


Anno 1647. Ascendens directione ad oblongos hexagonos Martis, ex significatis à Marte, (qui præcipuè renibus dominatur) ægrotauit; & varijs diu simptomatibus ex cruciatus 1650. mense Iunij tandem è vita decessit.

Asc. M. C. gr. 59 42   *Pol.* 41. 50. *Asc.* ☿ *gr.* 153 12   *Asc. Ascend. gr.* 149 42
Asce. ⚹ ☿ *gr.* 99 51   *Ascensio* ⚹ ♂ *gr.* 193 24   *Asc.* ⚹ ♂ *gr.* 193 24

Directio gr. 40 9   *Directio gr.* 40 12   *Directio gr.* 43 42

DE-

DECVB. CARD. THEODOLI.




Die 28. dum è lecto surgeret per horas 36. vrina supprimitur remansa in renibus, cum prius doloribus, & calculis laboraret; Luna erat in quadrato Martis applicata Saturno; Mars in Ascendente natiuitatis, & Saturno in diametro loci sui radicalis. Euasit eiectis calculis, & viscositatibus fauentibus Ioue, & Venere in Ascendente dominis octauæ.

Anno 1638. circa finem Martij incidit in oris torturam, balbutiem, & memoriam deperditam cum melancholia maxima.

Anno 1649. Aprilis paralisis aduenit sinistræ partis, & inuoluntaria vrinæ excretio. A fine Iunij vsque ad mensem Octobris podagra, & inquietudo. Mense Deceb. adfuerunt singula grauiora, mingebatque in lecto; quo tempore facta inustio in futura Coronali.

Anno 1650. 1. Martij hora 16. Epilepsia, & pluries reiterata; & deinceps letargus, & stertor; Vesicatoria capiti applicita. Mense Aprilis, & Maij erat stolidus. Die 26. Iunij in agone & hora 7. noctis sequentis expirauit; quo tempore Luna iungebatur ♂, & Sol Saturno. Secto cadauere iecur erat subalbidum; pulmones ad dorsum denigrati; in cerebri ventriculis ad duas libras aquæ, singula suas causas ex astris habuere, quas breuitatis causa relinquimus.

IO. GEORGIVS PRINCEPS ALDOBR. ROMANVS.




ANno 1637. Ascendens in exactissima Principis Genesi ex accidentibus rectificata dirigebatur, vt fuerat prædictum, ad trinum Saturni, qui opposito idem Ascendens intuetur, & peregrinus in sexta obtinens Antiscium respicit etiam Luminaria; nec mirum, si cum praua reuolutione interfecit.

Ascensio △ ♄ gr.	349	34
Ascendentis gr.	304	8
Directio gr.	45	26

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. PRINCIPIS ALDOBRANDINI.



Surgentem à somno post meridiano vomitus magnus subsecutus est, & febris principium, quæ continua malæ qualitatis die 16. Maij hora prima noctis placidè sensibus omnibus integris enecauit, cum decubisset die 11. hora 3. circiter P. M.


Luna transibat Saturni obediens in Natiuitate, eratque in partili Antiscio Horoscopi. Saturnus dominus Ascendentis est in contra antiscio Martis domini octauæ, à Luna separatus.

Venus altera Ascendentis dispositrix est in octaua in quadrato loci Martis radicalis; Marsque partiliter irradiat Ascendens.

LAE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

LAELIVS CARD. BISCIA ROMANVS.



ÆGrotauit anno 1605. Maij ex directione Ascendentis ad corpus Solis, qui assumit naturā Martis; conualuit. Cameræ Apost. emit Clericatū relictis nūmis Bernardino Patre Aduocato celeberrimo. Toto Pontificatu Pauli V. præfuit annonæ cum laude eximia; creatur Cardinalis ab Vrbano VIII. 1626. 19. Ianu. Luminaria 1638. affligebantur, & mala imminebant, vt prædixi; Sol directione ad Cor Leonis et terminos ♂, & ☽ ad corpus ♄. Afflictis locis in reuolutione quā maximè, diem obijt 19. Nouemb. eiusdem anni; et ob ingressus non fuit centralis effectus Directionis.

Scripseram Patrono Eminentiss. directionem Ascendentis ad corpus ♄ infaustam, quamuis posse Regulum, ad quem Sol dirigebatur ♄ frigiditatem infringere non negarem. Ille tamen se in regula potius, quā vocant diætam, quàm in Regulo spem ponere respondit. Moritur, & ecce in diarijs Veredariorum me illi Pontificatum prædixisse stultissimè circumfertur; stultissimè inquam; nam si hoc ex Astris prædixissem, id ex directionibus indicassem; at Doctis liquere poterit in posterum Genituræ loca principalia in beneficos non impingere.


Asc. rect. △♀ *g.* 359 22. *Pol.* 36.45. *Asc.* ☉ *g.* 72.50. *Pol.* 33.40. *Asc.* ☽ *g.* 176 4
Asc. M. C. gr. 308.54. *Reguli, & ter.* ♂ *g.* 135.52. *Ascensio* ♄ *g.* 239 3

Directio gr. 50.27. *Directio gr.* 63. 2. *Directio gr.* 62.5

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. BISCIAE.



PAliebatur fistulam in renibus. Diebus aliquot antequam ægrotaret non benè se omninò habere asserebat. Die 12. Nouembris vt sex iugis extra ciuitatem veheretur aliquantum exoptauit; rediijt defessus. Nocte sequenti hora 4. febris eum inuasit cum aliquo rigore, noxque fuit molesta; itaut parum etiam deliraret. Die 3. erysipelas circa renes, & coxam apparuit; fuit missus sanguis ex venis sedis. Febre inualescente die 19. Nouembris hora 15. mane è viuis decessit, cum Luna esset in quadrato Saturni.

Plura faciebant ad interitum. Luna cum Marte, & Saturno in octaua; Mercurius dominus Ascendentis radicalis in quadrato partili Saturni; Luna domina Ascendentis cum Domino octauæ; Iuppiter alter dominus Ascendentis combustus, & in quadrato Martis; & alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PAVLVS BVRGHESIVS PAVLI V. PRONEPOS.

Latitudin.

♄	1	8	S. A
♃	1	10	S. A
♂	0	6	M. A
☉			
♀	5	19	S. A
☿	1	0	M. D
☽	4	49	S. D

Antiscia.

♄	♉	13	1
♃	♉	1	
♂	♍	23	47
☉	♐	0	27
♀	♐	12	53
☿	♐	5	48
☽	♐	1	30

PAulus Burghesius pronepos Pauli V. qui duxit in vxorem Olimpiam Aldobrandinam Rossani Principem vnicam heredem domus Aldobrandinæ filiã Principis Ioannis Georgij; deinde Camillo Principi Pamphilio Innocentij X. nepoti, cum esset voluptatibus indulgens in sua Villa Tusculani die 7. Iunij 1646. hora 14 cum dimidia Horologij (vt habetur ex sui Medici relatione) de repente animi deliquio correptus est, conuulsis digitis sinistræ manus, & sinistri pedis; impedita lingua, & memoria; eodem tempore inuasit eum febris cum capitis maxima grauitate; singulisque diebus subsequutæ sunt accessiones febris, semper cum animo deliquio.


Die 18. per vices aderat visus obscuritas. Die 20. obliuiosus modò loquebatur, modò erat sine voce. Die 21. sine voce, & cum animi deliquio. Die 22. sine voce, nec amplius loquutus est. Moritur die 24. hora 20. ex directione Ascendentis ad quadratum Martis; Concordat Amnimodar.

Ascensio Ascendent. gr.	277	15
Ascensio □ ♂ gr.	299	31
Directio gr.	22	16

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. PAVLI BVRGHESII.



INfaustus erat decubitus. Sol Vitalis potentiæ dominus in opposito Ascendentis Natiuitatis, & in linea Occidentali.

Luna in octaua in obediente Martis radicalis.

Mars, Saturnus, & Venus in quinta domo voluptatum radicis, forsan caussa morbi.

Iuppiter dominus Ascendentis Natiuitatis in octaua eiusdem in opposito loci directionis.

Domus sexta decubitus locus luminarium; in qua Cauda Draconis.


Venus altera domina Ascendentis radicalis obsessa à Marte, & Saturno.

Mercurius qui cerebro, neruis, & spiritibus dominatur combustus in quadrato Lunæ, quæ omnia exitia minabantur.

Die mortis Luna erat in quadrato Saturni; & nocte antecedenti cum Martis diametro; & Mars cum Saturno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANCISCVS CARD. MANTICA VTINENSIS.



Latitudin.

♄	0	18	S.
♃	0	4	M.
♂	2	0	S.
☉			
♀	3	55	S.
☿	1	45	M.
☽	4	16	M.

Antiscia.

♄	♊	11	53
♃	♒	1	39
♂	♊	29	17
☉	♍	20	14
♀	♎	5	37
☿	♋	10	17
☽	♍	11	12

IVrisconsultus celeberrimus, cuius scripta extant plurima, ob peritiam creatur Cardinalis anno 1596. Iunij mense à Clemente VIII.

Pluribus ægritudinibus excruciatus ob directiones luminarium, & Horoscopi, ex quibus ob felices ingreßus conualuit. Anno 1615. primo Februarij obijt directione tunc insistante Ascendentis ad Nodum Boreum.


Genesis per accidentia correcta concordat cum Amnimodar ex Martis loco domini præcedentis luminarium coitus. Tempore prædicto Sol transibat oppositum directionis, & Luna quadratum, quod effectum tunc præsagiebat.

Ascensio recta ☌ ☉ *gr.* 8 58 — *Ascensio* ☊ *gr.* 166 33
Asc. M. C. gr. 306 45 — *Ascend. gr.* 36 45
Directio gr. 62 13 — *Directio gr.* 79 48

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. MANTICAE.




IN prandio octuagenarium senem frigus inuasit, & febris, quæ vltra senis vires molesta die prima Februarij necem attulit.

Mercurius Ascendentium dominus combustus; Lunaque in loco Saturni radicalis Marti opposita constituti in octaua, præter alia, mala portendebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

VIRGINIVS CESARINVS.



Latitudin.

♄	1	32	S.
♃	1	35	M
♂	0	40	S.
☉			
♀	1	35	S.
☿	1	43	S.
☽	3	13	S.

Antiscia.

♄	♈	24
♃	♎	4
♂	♌	5
☉	♓	0
♀	♓	14
☿	♓	1
☽	♋	6


SVblimi ingenio hic Princeps ex beneficis radijs Mercurij, Lunæ, & Veneris in signis aereis ad magna in honoribus fuisset elaturus si superuixißet, ob stella regias in angulis principalioribus, & ob Iouem in suo domicilio & Caput Draconis in quinta, vbi ardua negotia commissa etiam pollicebantur; & propterea cum Ascendens Vrbani VIII. (cuius erat Aulæ, vt dicunt Magister) esset Medium Cæli Nati, indicans generaliter Dominum voluntati serui obtemperaturum. Intempestiua autem more preuentus est anno 1624. die 11. Aprilis ex directione Ascendentis ad violentam stellam Cordis Scorpij; cum prius directio Medij Cæli ad oppositum Iouis, Pontificis decreuisset familiaritatem.

Ascensio recta Medij Cæli gr.	147	33
Ascensio ☍ ♃ *gr.*	175	33
Directio gr.	28	0

Ascensio Ascend. gr.	237	33
Ascensio Cord. ♏ *gr.*	266	24
Directio gr.	28	51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOLVTIO VIRGINII CESARINI.




IN præcedenti figura Natiuitatis. Mars dominus Ascendentis, & sextæ in suo detrimento in occasu, & opposito Ascendentis: Mercurius dominus loci Lunæ combustus Solis radijs; Stellaque Martialis in Ascendente, fluxiones acres à cerebro in partes spirituales portendebant; hinc natum ad emaciationem & phtysis speciem adductum; cum præcipuè Saturnus esset in Medio Cæli in domo Mercurij; Lunaque in domo Mercurij in octaua inter stellas calidas orionis. Mortuus ex huiusmodi affectu, & macie 1624. 11. Aprilis.

In anni reuolutione hæc ostendebant Mercurius dominus Ascendentis in opposito loci Martis, & in Ascendente Natiuitatis; Luna cum Capite Draconis properans ad Solis coitum; Saturnus affligens quadrato Ascendens, & Martem radicis: Sol in quadrato Martis, & alia pleraque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

HORATIVS CARD. IVSTINIANVS.



Latitudin.

♄	0 41	S.
♃	0 36	S.
♂	0 56	S.
☉		
♀	0 49	M.
☿	0 7	S.
☽	1 19	S.

Antiscia.

♄	♎	17
♃	♑	16
♂	♐	1
☉	♎	12
♀	♍	23
☿	♏	10
☽	♉	19

Horatius Iustinianus ex Chios Insula in Arcipelago oriundus consanguineus alterius Cardinalis creati à Sixto V. & ob consanguinitatem bene affectus etiam à familia Pamphilia.

Anno 1645. die 6. Martij creatur Cardinalis ab Innocentio X. ex directionibus fortis ad Caput Draconis, vbi incidit locus oppositus Cordis Leonis; & paulo post Iouis ad suos sextiles, preter ingressus, & progressus fauorabiles.

Moritur ex difficultate vrinæ 1649. 25. Iulij ex proportionata directione Ascendentis ad Imperantia Martis.


Pol. 10. Desc. Lunæ gr. 258 52
Desc. ☊ gr. 304 10
Directio gr. 65 18

Pol. 21. Desc. Iouis gr. 244 17
Desc. ✶ ♃ 310 17
Directio gr. 66

Ascensio Ascend. gr. 0 43
Asc. Imp. ♂ gr. 70 5
Directio gr. 69 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. IVSTINIANI.




EX hoc decubitu maximè elucescit artis probabilitas.

Circa mediam noctem Cardinalis ex Vrinæ insolita difficultate decubuit; quod ex generalibus Aphorismis decernit Saturnus in octaua in signo Sagittarij, & ampliabant affectum Luna in diametro Saturni; Cauda Draconis in octaua; & radius quadratus Martis (qui renibus dominatur, & partibus adiacentibus) cum Luna, & Saturno ex signo Virginis, & ex domo ægritudinum; Affligitur etiam Sol ab vtroque malefico; nec benefici suffragantur.

Moritur die 25. Iulij hora 24. quo tempore Luna iungebatur Marti in Natiuitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

D. FOELIX GLOVERIA ILLVSTRISSIMA.



Illustrissima fæmina ex nobilissima Romanorum prosapia oriunda ægrotauit anno 1633. die 25. Nouemb. ægritudine longa, vt ostendebant directiones Lunæ ad Saturni quadratum, & Ascendentis ad eiusdem Saturni trinum; cùm paulo ante etiam Saturnus transiret loca Ascendentis, & Solis vim suam imprimendo maleficam; nec mortua est prius diei 18. Ianuarij 1634.


Vnicam in suæ vitæ cursu peperit filiam nomine Portiam, eamque eleuatissimi ingenij, & supra humani sexus vires humanarum, & mathematicarum rerum non minus eruditam, quam cupidam; quod in sua Genitura indicabant Venus, & Luna dominæ quintæ in suis dignitatibus, & in angulis cum radio Mercurij.

Pol. 39.	Descensio Lunæ gr. 293 40	Ascensio Asc. gr. 274 26
	Descensio □ ♄ gr. 338 36	Ascensio △ ♄ gr. 319 16
	Directio gr. 44 56	Directio gr. 44 50

DE·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. ILLVSTR. FOELICIS GLOVERIAE.



Cum rediret ex vinea in qua non benè se habebat 25. Nouemb. vespere eam inuasit febris.


In domo ægritudinus sunt Luna, Mars, & Cauda Draconis; quæ constitutio etiam absque directione ægritudinem pertendit; & multoties iugulat.

Saturnus est in loco Natiuitatis Ascendentis, & Solis; & in decubitu iunctus etiam Soli in octaua.

Moritur 1634. 18. Ianuarij hora 7. noctis, hoc tempore Saturnus erat supra Ascendens & Solem Natiuitatis. Luna in loco in quo erat in decubito, & defluens à loco Martis in dicto decubitu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

BERLINGERIVS GYPSIVS CARD. BONONIENSIS.




Hic virtutis verè specimen partes omnes optimi Præsulis in Ecclesia adimpleuit: per omnes siquidem gradus, à minori ad supremam post Pontificem dignitatem euectus est; fuit enim Collateralis Capitolij, Vicesgerens, Romæ Gubernator, Legatus, ac tandem 1626. 19. Ianuarij Cardinalis.

Cùm Horoscopus ad Draconis Caudam directione appullisset anno 1639. 6. Aprilis obijt, cum viginti circiter diebus ægrotasset, ex ventris fluxu, quod Cauda præsagiebat: alijsque affectibus ob terminos Martis, Martisque trigonum succedentem loco directionis; & præterea ex cerebri morbis ob Lunam Saturno oppositam.

Ascensio recta △♀ gr. 313 28			Asc. obliq. Ascend. gr. 342 13		
Asc. recta M. C. gr. 252 13			Ascensio ☋ gr. 56 38		
Directio gr. 61 15			Directio gr. 74 25		

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. GYPSII.




Exitialis omnino erat decubitus; Luna enim erat in loco radicali Saturni in quadrato Martis, & in opposito Saturni, qui dominus Ascendentis Natiuitatis in sexta leditur à Martis tetragono eodem; Mercurius vero in loco Ascendentis Natiuitatis; quæ singula etiam cerebrum passurum indicabant. Sol præterea dominus loci Lunæ est in octaua; Dominus octauæ Iuppiter cum stella violenta in quadrato Mercurij domini Ascendentis; Draconisque Cauda in loco directionis. Aliqua spes adfuit in morbi progressu ob Ascendens locum Ioui radicalem.

In Diebus criticis semper fuit Luna Saturno admixta. Mortuus tandem 6. Aprilis hora 15. Horologij cum suum quadratum secundum pertingeret, & ad amussim quadratum Saturni; quod spectandum ab Hereticis in hac arte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IOANNES VIDMAN.




Illustrissimus Io. Paulus Pater cum conspiceret puerũ colore faciei plurimùm immutatum, dixit Matri vt caueret filio de facili ægrotaturo; vt contingit die 8 Septembris ex febre maligna, variolis, ac prauis exanthematibus; obijtque die 28. eiusdem mensis maximo Parentum dolore.

Genesis est rectificata per Amnimodar ex Saturno domino loci Lunæ in præcedenti luminarium oppositione nocturna; aderantque plures directiones infaustæ præter processus, ac ingressus improsperos: dirigebatur enim Ascendens ad Imperans Iouis, qui solus variolas, & morbillos excitat, serosorumque humorum excretionem molitur; quo tempore idem Ascendens Lunæ corpus petebat directione absque latitudine; quemadmodum Luna Saturni diametrum; fortunæque Pars, & Horoscopus Lunaris Solis opposito applicabat; nec poterat tantos influxus corpusculum pati nullo auxiliante benefico.

Ascend. asc. gr.	359	13	Ascend. gr.	359	13	Asc. ☾ Pol 43 gr.	7	40
Imperant ♃ gr.	7	23	Corpo. ☾ gr.	7	19	Asc. ☍ ♄ gr.	16	4
Directio gr.	8	10	Directio gr.	8	6	Directio gr.	8	24

DECVB. IO. VIDMAN.



Decubitum fuisse lethalem plurima portendebant, nempe.

Mars in Ascendente in quadrato Lunæ, atque Mercurij loci Lunæ dispositoris.

Luna afflicta sub radijs Solis.


Iuppiter dominus Ascendentis Natiuitatis, & decubitus in Martis dignitatibus, in quadrato Saturni.

Sol dominus octauæ domus constitutus in octaua cum quadrato platico Martis absque beneficis.

In sexta stella violenta Pallilitium; & dominus sextæ domus Mercurius afflictus; & alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FLAMINIVS CARD. PLATTVS MEDIOLANENSIS.



Latitudin		
♄	0 54	M.
♃	0 10	M.
♂	3 23	S.
☉		
♀	1 2	M.
☿	1 35	M.
☽	4 23	S.

Antiscia.		
♄	♋	17
♃	♊	9
♂	♋	6
☉	♋	11
♀	♋	20
☿	♋	19
☽	♒	15

OB luminaria à Saturno afflicta oculorum affectibus infestabatur.


Anno 1613. *climaterico* 1. *Nouembris ex catharro maximo, & inappetentia dies extremos clausit, ex directione Ascendentis ad corpus Lunæ, cui succedebant radij quadrati Saturni.*

Creatus Cardinalis anno 1591. *Martij.*

Ascensio Lunæ gr.	235	55
Ascendentis gr.	173	10
Directio gr.	62	45

DE-


DECVB. CARD. PLATTI.



Saturnus est in opposito Ascendentis radicalis. In occasu gradus directionis, vbi Venus peregrina domina Ascendentis; Luna in sexta cum Marte, & nodo Austrino. Ascendens Natiuitatis sexta decubitus; In Ascendente Pleiades; quæ interitum portendebant; Mortuus ex directione Horoscopi, vt diximus ad Saturni quadratum, cui succedebat Lunæ corpus ex catarrho maximo, ac inappetentia, die primo Nouembris hora 8. noctis sequentis; dum Luna Marti radicali applicabatur in Geminis partiliter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PETRVS PAVLVS CARD. CRESCENTIVS.



Latitudin.

♄	2	15	S. D
♃	1	16	M. D
♂	2	12	S. D
☉			
♀	0	15	M. A
☿	0	55	S. D
☽	2	57	S. D

Antiscia.

♄	♏	17	4
♃	♎	3	2
♂	♓	27	1
☉	♊	28	
♀	♊	28	
☿	♌	12	5
☽	♒	3	

AVditor Cameræ Apostolicæ creatur Cardinalis à Paulo V. die 17. Augusti 1611. ex Medij Cæli directione ad corpus Lunæ.

Spica Virginis in Cæli medio quam hisagono intuetur Mercurius dominus nonæ honores in religione decernebat; sicut Venus domina Medij Cæli in Oriente in centro Solis.

Mars in nona cum Iouis Antiscio ecclesiasticas administrationes demonstrabat; sicut idem Iuppiter in tertia in trino Lunæ, & in Piscibus suo domicilio.


Anno 1625. quo Ascendens directione tetigit corpus Saturni frigida ægritudine vexatus est, ex qua eius intuitu genituram rectificauimus; euasit ob ingressus, & progressus propitios.

Anno 1645. 19. Februarij moritur ex directione Ascendentis ad Martis Antiscium, quamuis alia etiam infausta concurrerent.

Asc. recta M. C. gr. 195 20	*Asc. Ascen. gr.* 285 20	*Asc. Ascen.* 285 20
Asc. recta Lunæ gr. 235 20	*Asc.* ☌ ♄ *gr.* 339 11	*Antisc.* ♂. 358 23
Asc. recta △ ♃ *gr.* 234 38	*Directio gr.* 53 51	*Directio.* 73 3
Directio gr. 40		

DE-

DECVB. CARD. CRESCENTII.




Hora tertia circiter post meridiem febre corripitur cum rigore, & deinde cum æstu magno; erat enim Luna cum Marte, & prope stellam violentam oculi Tauri; & capitis affectu, cum esset etiam Luna domina Ascendentis in domo, & quadrato Mercurij. Quamuis accessiones adessent quotidie, febris fuit continua; quæ senis vires prostrauit; ita vt die Februarij 19. quartadecima ab insultu hora 24. expiraret. Hac hora Mars erat in opposito Ascendentis Natiuitatis.

Iuppiter dominus Ascendentium orat inter Pleiades in Solis tetragono; Luna domina Ascendentis iuncta Marte absque beneficis; Sol in octaua cum Cauda Draconis; Ascendens locus octauæ radicis; quæ singula faciebant ad interitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

MARGOTIVS LANFRANCVS CARD. PLACENTINVS.



Vocatus è Neapoli à Paulo V. in Cardinalis Burghesii nepotis Secretarium anno 1606. eligitur Cardinalis 1608. die 24. Nouembris.

Anno 1611. dirigebatur Ascendens ad Solis tetragonum, qui in finibus malefici, & cum Cauda Draconis in quadrato Martis Anereticam naturam obtinebat, & fine Nouembris vita functus est.

Cum directio fieret in finibus Martis; Marsque corpore succederet loco directionis, fuit morbus è Martis natura ex acuta febre, oborto in nate carbunculo adui ente; hocque tempore Mars locum directionis etiam irradiabat. Rarum exemplum.

Ascensio recta △ ☋ gr. 201 9
Ascensio M.C. gr. 151 55
Directio gr. 49 14


Ascensio □ ☉ gr. 294 5
Ascend. gr. 241 55
Directio gr. 52 10

Ascensio recta ☿ gr. 198 51
Ascensio Medij Cœli gr. 151 45
Directio gr. 47 6

DE·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. LANFRANCI.




Post cenam riguit, statimque in lecto febris inuasit, quæ postmodum continua quotidie exacerbabatur cum corporis iactatione, siti, & vigilijs; apparuere exanthemata, & antrax in nate subortum; die 26. Nouembris res desperata habita est, cùm Luna suum ac Saturni scanderet, quadratum. Vixit ob corporis validam constitutionem vsque quo Luna suum secundum tetragonum attingeret die vltima Nouembris nocte sequenti.

Sol in directione afflictus, est cum Marte in gradu Ascendentis Natiuitatis; Luna in sexta, in domo Saturni cum quadrato Martis. Sol dominus Ascendentis in quadrato Iouis, & cum corpore Veneris dominorum octauæ.

Non mirum si Iuppiter in Ascendente suppetias non dederit; afflictus enim Sol directione, in reuolutione erat Marti coniunctus, & in decubitu, vt diximus etiam afficiebatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

HIERONYMVS CARD. SIMONCELLVS.



Hieronymus Simoncellus Vrbeuetanus ætatis annorum 17. creatur Cardina-lis à Iulio III. anno 1553. 22. Decembris ex directione Medij Cæli ad Corpus Iouis, & Trinum Mercurij.

Anno 1605. Februarij moritur ex proportionata directione dominæ Ascendentis Lunæ ad obediens Saturni, subsequente Solis directione eodem tempore ad quadratum Mercurij imbuti natura Martis; qui effectus renales decernebat, cum obierit ex retentione vrinæ.


Ascensio recta M. C. gr. 348 37
Ascen. ☌ ♃ gr. 5 42
Directio gr. 17 5

Pol. 25. Ascen. Lunæ gr. 136 50
Asc. obed. ♄ gr. 205 11
Directio gr. 68 21

Ascensio Ascend. gr. 78 37
Ascensio □ ☿ gr. 147 54
Directio gr. 69 17

RE-

REVOL. CARD. SIMONCELLI.




EX Vrinæ difficultate, & doloribus assiduis, atque vigilijs paulatim naturali calore depopulato, tandem 1605. moritur circiter medium Februarij; quo tempore Luna erat in Antiscio Martis causæ primariæ ægritudinis, & mortis.

Tempus decubitus non habetur. In reuolutione anni Mars est in Occasu Natiuitatis in proprio Antiscio, & potens in Ascendente. Mercurius dominus loci Lunæ combustus; Caput Draconis in loco Directionis, quæ intuetur Mars quadratis radijs ex duodecima.

SCI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


SCIPIO CARD. COBELLVTIVS.



A Paulo V. creatur Cardinalis titulo S. Susannæ anno 1616. 19. Septembris. Anno 1626. 30. Iulij ex febre mali moris cum erysipilate in brachio moritur; quo tempore Ascendens Solis coniunctionem directione petebat imbuti malefica natura Martis; qui succedens loco Aneretico morbi qualitatis præbuit inditium.

Ascensio Solis gr.	187	25
Ascendentis gr.	125	35
Directio gr.	61	50

DECVB. CARD. COBELLVTII.



Morbi initium fuit die 23. Iulij horis duabus circiter ante Meridiem, cum febre, ac phlegmonoso erysipelate in brachio.

Lethalis omnino decubitus plura aderant inditia, videlicet.

Partiliter ferè luminarium coniunctio,

Ascendens locus Martis radicalis,

Mars in Ascendente Natiuitatis,

Saturnus in opposito loci Lunæ radicalis,


Venus domina Ascendentis, & octauæ cum Marte, & Regulo stella calidissima, quæ domina etiam sextæ ægritudinis qualitatem decernebat.

Mortuus cùm Luna suum quadratum pertransiens Martis obedienti applicabat die 30. Iulij hora 8. P. M.

Videant Medici criticum diem fieri in octaua, non septima in hoc Aegroto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CARD. VIDONIVS.



Latitudin

♄	1 32 M
♃	0 20 M
♂	0 2 M
☉	
♀	1 48 M
☿	1 7 S.
☽	4 53 M

Antisci

V*Idonius Cremonensis empto Cameræ Apostolicæ Thesaureriatus eligitu Cardinalis.*

Anno 1632. *post tot administrationes initas cum honoribus die* 28. *Octo bris exangina, & gulæ inflammatione cessit naturæ ex directione Ascende tis ad quadratum Solis, & Martis.*

Ascensio Ascendentis gr.	67	24	
Quadrati Solis gr.	118	24	
Directio gr.	51	0	1632. *Octobris.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. VIDONII.

1632.

Octobris.

D. H. M.

21. 6. 6. P. M.




Hic decubitus maximè spectandus est. Aegrotauit die 21. Octobris 1632. hora prima noctis circiter ex gulæ inflammationæ. Venus domina sextæ, & Ascendentis in sexta, & Iuppiter in prima in Tauro, quod signum gulæ dominatur affligebatur; Venus sub radijs, & Iuppiter in opposito Martis, & Saturni. Exitialis erat decubitus; Luna enim ob exaltationem domina Ascendentis est in quadrato Saturni, & Martis; nec non in quadrato Iouis domini octauæ.

In occasu præterea (qui vitæ extremum significat) Saturnus, & Mars affligentes Ascendens.

Cùm die 7. Luna peruenit ad suum quadratum, & ad Martis oppositum die 28. nocte sequenti expirauit; qua hora Saturnus erat in Lunæ opposito; Mars cum stella violenta Cordis Scorpij, & Sol precisè in loco Veneris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

LVCAS ANTONIVS CARD. VIRILIS.



LVcas Antonius Virilis Romanus in ciuilibus multis annis Auditoris Cameræ Apostolicæ Locumtenens in vtroque Iure celeberrimus.

Pronunciatur Cardinalis ab Vrbano VIII. 1629. die 19. Nouembris, quo tempore Medium Cæli directione impingebat in Veneris corpus dominæ domus religionis; & Sol in regiam stellam Cordis Leonis.

Anno 1634. Ascendens dirigebatur ad trinum Saturni; & Sol ad quadratum Martis ad die 3. Iunij vita extinctus est ex chronica ægritudine, quæ cæpit principium 21. Martij.


Asc. recta M. C. gr. 66 14
Asc. recta ♀ gr. 126 49
Directio gr. 60 25

Asc. Pol. 12. ☉ gr 80 0
Ascensio □ ♂ gr. 144 29
Directio gr. 64 29

Ascensio Ascend. gr. 156 24
Ascensio △ ♄ gr. 221 22
Directio gr. 64 58

DE

DECVB. CARD. VIRILIS.



Refert Aromatarius die 22. Martij attuliſſe medicamentum Cardinali cum ægritudinis initium fuerit die 21. circa Meridiem ex hæpatis inflammatione cum febre licet non admodum valida.


Iuppiter, & domus ſexta dominantes hæpati affliguntur à Marte, & Saturno, ſicut Venus, nec non Luna ab ijſdem maleficis; & Sol natiuitatis à Saturni oppoſito, & quadrato Martis; qui malefici affligebant etiam Aſcendens Natiuitatis.

Morbus varium ſtatum ſortitus eſt (vt refert Aromatarius) aliquando etiam cum ſpe ſalutis. Verùm ex arte decubitus erat fatalis, afflictis in natiuate Sole, & Aſcendente; & in decubitu Luna, & Ioue Aſcendentis dominis; quorum Luna eſt cum Saturno, & Iuppiter in Saturni oppoſito domini octauæ.

In morbos cum longo (febre licet lenta infeſtante) vires attritæ ſunt; & tandem die 4. Iunij obijt natus cum Luna præciſè iungebatur Marti; & quadrato Saturni, quod ſpectandum ab hanc ſcientiam ſpernentibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DESIDERIVS CARD. SCAGLIA.




DEsiderius Scaglia Cremonensis Frater Ordinis S. Dominici ope Cardinalis Mellini gradum obtinuit Cardinalatus; quem locum Paulus V. spoponderat Cardinali Lenio collaturum P. Petronio eiusdem ordinis Magistro Sacri Palatij, cum totius Romanæ Curiæ admiratione: electio fuit 11. Ianu. 1621. quo tempore dirigebatur Medium Cæli ad Sextiles Veneris dominæ domus amicorum, vbi reperiebatur beneficentissimi stella Spica Virginis; & Iuppiter ad quadratum Lunæ in Piscibus: simulque Pars fortunæ applicabat Ioui, & Solis Antiscio.

Moritur 1639. 21. *Augusti, directione Solis ad Saturni diametrum.*

Ascensio recta M. C. gr. 168 17		*Pol.* 38. *Ascen. Solis gr.* 294 45	
Ascensio ✶ ♀ *gr.* 231 12		*Ascensio* ☍ ♄ *gr.* 5 27	
Directio gr. 62 55		*Directio gr.* 70 42	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. SCAGLIAE.



AEgrotauit vt referunt circa Meridiem 10. Augusti; assumpto namque prandio riguit, & febris eum inuasit.

Mars dominus Ascendentis cum Mercurio domino octauæ ex Aphorismis mortem ex ægritudine decernit; cum præsertim octauæ, & primæ domus domini sint combusti, & in opposito Saturni.

In octaua Stella Martialis Pallilitium; & in Ascendente altera eiusdem naturæ in lance Australi ægritudinem calidam, & acutam decernebant.


Luna erat in loco radicali Solis, & quadrati Saturni. Sol dominus vitalis potentiæ ab vtroque malefico læsus.

Die 21. quo moritur. Luna erat inter Pleiades in quadrato Martis, & Solis deffluens à quadrato Saturni; & in opposito loci Martis in Natiuitate.

Magna hinc, & violenta concurrebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CARD. PANCIROLI.



Latitudin.		
♄	1 51	M.D
♃	0 12	S. A.
♂	2 53	S. D.
☉		
♀	0 39	S. A.
☿	0 47	M.D.
☽	3 8	S. D.


Antiscia.			
♄	♍	4	9
♃	♊	21	20
♂	♓	28	30
☉	♐	8	6
♀	♑	22	25
☿	♏	18	50
☽	♑	26	27

E*Ligitur Cardinalis* 1634. 17. *Iulij ex directione præcisa Veneris ad lineam Orientalem, cum paulo ante derigeretur ad trinum Solis, quo tempore aderant aliæ prius directiones præcipue Partisfortunæ ad Cor Leonis.*

Anno 1651. 3. *Septembris emaciatus moritur ex directione Ascendentis ad quadratum Saturni.*

Ascensio Ascendentis gr.	33	20		*Pol.* 29. *Asc. Veneris gr.*	343	36
Asc. □ ♄ *gr.*	97	43		*Ascensio Ascend. gr.*	40	7
Directio gr.	64	23		*Directio gr.*	56	31

DECVB. CARD. PANCIROLI.



Saturnus in Genitura dominus sextæ in Solis tetragono stomachi affectiones decernebat, quibus tribus annis antæ mortem natus excruciatus est debilitata vi eiusdem stomachi coctrice; ex qua tandem mortuus; exenterato namque cadauere stomachi tunica relaxata inuenta est in parte dextra vbi aderat concauitas ad modum bursæ, & cloace, in qua cibus collectus per pirolon descendere non poterat ad intestina; in qua concauitate nigra materia reperta ad libras duodecim; Cibus quotidie vomebatur, nec alimentum partes suscipiebant, hinc mortuo sola ossa, & cutis remanserunt.


In reuolutione Luna est in Martis Imperante, & prope eumdem Martem in natiuitate; In Ascendente stella violenta in Australe Lancæ Libræ, Mars eius dominus, & sextæ in quadrato Saturni peregrinus.

Sol in quadrato Saturni, & Martis. Benefici absque aspectu luminarium, & Ascendentis; Venusque domina Ascendentis radicis in Saturni contra Antiscio.

Tempore mortis Saturnus erat in loco directionis, & in Solis opposito. Mars in occasu natiuitatis, qui extremum vitæ significat; Lunaque prope Saturnum Natiuitatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

MICHAEL CARD. MAZZARINVS.



Latitudin.				
♄	1	7	S.	D
♃	0	30	M.	D
♂	1	10	S.	A
☉				
♀	1	24	S.	D
☿	1	30	S.	D
☽	2	46	S.	D

Antiscia.		
♄	♑	10
♃	♐	12
♂	♌	17
☉	♈	24
♀	♈	14
☿	♈	21
☽	♎	22

Frater Michael Mazzarinus Romanus ordinis S. Dominici, quod indicat Saturnus in nona, electus Episcopus Aix in Gallia, renunciatur Cardinalis ab Vrbano VIII. die 7. Octobris 1647. ex directione Partisfortunæ ad Antiscium Iouis domini nonæ, & trinum Martis domini Medij Cæli in finibus Veneris.

Anno sequenti 1648. 31. Augusti diem obijt ex directione Ascendentis ad violentam stellam Pallilitij, & sextiles Martis.


Pol. 41. 50. Descensio ⊗ gr. 186 44
Desc. Ant. ♃ gr. 228 34
Directio gr. 41 50

Ascensio Ascend. gr. 5 34
Asc. ✶ Martis gr. 48 45 Asc. Pallilitij. gr. 48 50
Directio gr. 43 11

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. MAZZARINI.




Postquam per viam clauus ferreus nati pedem perforauit die 17. Augusti hora circiter vna cum dimidia noctis, eum rigor inuasit, & febris; quæ mali moris die decimaquarta, & 31. Augusti mortem attulit hora tertia noctis.

Luna (quod mirum) erat ad vnguem in loco radicali Martis, & accidens Martiale ostendebat ex ferro, significatum ex directione Ascendentis ad Pallilitium, & sextiles Martis; & succedit ex clauo, non alio genere ob qualitatem personæ.

Fatalis erat decubitus, cum Mars dominus Ascendentis, & octauæ affligat quadrato Ascendens ex quarta, & Sol & benefici sunt in sexta, sicut Luna malè constituti; præter alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ALEXANDER CARD. VRSINVS.



A Paulo V. renunciatur Cardinalis 1615. 2. Decembris.


Anno 1626. ex directione Ascendentis ad oppositum Martis vidit diem extremum 22. Augusti. Directio erat in finibus Mercurij; hinc fuit morbus de natura Martis & Mercurij celeris motus, & biliosus; nec adiuuarunt trigoni Veneris radij; quòd auxilium radiorum Planetarum, & corporum debeat sumi ex figura Reuolutionis, non Natiuitatis; quemadmodum ex mente Ptolemæi demonstrauimus in nostris Commentarijs.

Ascensio ☍ ♂ gr.	25	9
Ascen. Ascend. gr.	351	35
Directio gr.	33	34

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. CARD. VRSINI.



Plura aderant lethalis decubitus inditia; ſicut fuiſſe morbum de natura Martis, & Mercurij.

Saturnus dominus Aſcendentis in octaua cum Marte, & platicè cum Mercurio domino octauæ in quadrato Lunæ, & infeſtans ex oppoſito Horoſcopum Natiuitatis; Luna domina ſextæ domus cum ſtella violenta in quadrato Saturni, & Martis; Mars cum Mercurio domino octauæ.

Venus Aſcendentis radicis domina in octaua peregrina cum Saturno.


Mercurius dominus octauæ cum nodo Boreali ſub radijs.

Benefici peregrini, nec adiuuantes.

Mortuus die 22. Augusti cùm à Marte Luna ſauciebatur, à quo in morbi principio fuerat afflicta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IO: COLVMNA PATRIARCHA HIEROSOLYM.



Latitudin.

♄	1	48	1
♃	1	5	
♂	1	26	M
☉			
♀	1	9	M
☿	1	18	
☾	4	5	M

Antiscia.

♄	♎	15
♃	♉	13
♂	♎	22
☉	♌	27
♀	♋	26
☿	♍	6
☾	♓	6

Haec Genesis habetur in Ephemeridibus meis Tichonicis.

Affectus maximos cerebri prædixi ex Mercurij situ cum Lunæ quadrato, & Martis Antiscio, qui Ascendentis dominus Saturno iungitur. Cùm Mercurius tetigit directione breuem Lunæ trigonum inter Pleiadas, cerebri affectibus est excruciatus, anno 1628. Iunij; ex qua directione, sicut ex alijs videant professores an latitudo seruanda in directionibus sit.


Pluries Neapoli paroxismis similibus anno 1636. afflictus, tandem die 7. Aprilis 1637. apoplexia correptus interijt; quo tempore directione Ascendens ad Iouis quadratum præcisè peruenit inter Pleiadas; qui in sexta, ac inibi dominans solus horum morborum causa est, vt diximus; plurima etiam alia concurrebant.

Ascensio □ ♃ *gr.*	28	18	
Ascend. gr.	3	26	
Directio gr.	24	52	

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. IOANNIS COLVMNAE.



Saturnus in loco radicali Lunæ affligebat quadratis radijs Solem, & Ascendens; Sol erat in sexta, & in Ariete, quod signum capiti dominatur, & Mercurius in loco radicali Saturni pro cerebri affectibus.

Iuppiter morbi significator cum Luna in finibus Saturni, & radio, Mercurio oppositus, & Veneri dominæ Ascendentis, & octauæ.

Ambo Luminaria in cadentibus.


Venus Ascendentis, & octauæ domina cum Mercurio in domo voluptatum, & quinta; quod dignum consideratione est; cecidit namque ex paroxismo in domo mulierum quarumdam suauiter canentium.

Amisit statim loquelam, & spatio 24. horarum totius corporis dextræ partis sensum ac motum; Die octaua hora eadem rediјt paroxismus, & hora tertia noctis expirauit, quo tempore Luna Saturni Antiscio applicabat.

FRAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANC. VITELLIVS ARCHIEP. VRBINVS.



FRanciscus ex nobilissima Vitelliorum familia oriundus ex Ciuitate Castelli prope Perusium religioni addictus, vidit suæ progeniei extinctionem ex Marte, & Cauda Draconis in quarta, Lunaque domina quartæ in duodecima in Saturni platica coniunctione, & domicilio.

Vicelagationem, & honores Ecclesiasticos obtinet anno 1622. ex Medij Cæli directione ad corpus Iouis. Ex Nuntio deinde annis plurimis ad Venetos eligitur Archiepiscopus Vrbini.


Anno 1630. in epidemia grassante constituitur Commissarius generalis quo tempore alia non aderat directio; nisi Ascendentis ad Cuspidem domus tertiæ, vbi coeunt radij, Solis, quod videant curiosi in hac arte.

Moritur anno 1646. 26. Februarij ex directione Ascendentis ad Martis Antiscium.

Asc. recta M. C. gr.	273	0		Asc. Ascend. gr.	3	23
Asc. recta ♃. gr.	313	1		Asc. Antisi ♂. gr.	66	33
Directio gr.	40	1		Directio gr.	63	10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. ILLVSTRISS. VITELLII.




Die 11. Nouembris 1645. ex improuiso podagra, fluxionibusque ad brachia, humeros, totumque ferè corpus afficitur, atque impedimentis vrinæ; quo tempore aderat directio Ascendentis ad Martis Antiscium in signo Geminorum. Mars dominatur renibus, & Gemini brachijs, & partibus adiacentibus; quæ affectiones, & si pernices remissæ, ad mortem vsque perdurarunt.

Die 6. Februarij 1646 hora circiter secunda noctis (vt sui famuli referunt) magna eum inuasit febris cum solitis doloribus, & inquietudine; Luna tunc erat in Scorpione quadratis Saturni, & Martis applicata. Mercurius erat in sexta dominus Ascendentis, retrogradus, & combustus in quadrato Saturni, qui radius etiam Solem molestabat in sexta. Mars dominus Ascendentis, & octauæ Natiuitatis cum Cauda Draconis, & in quadrato Saturni.

Perdurauit ægritudo vsque ad 26. Februarij in qua hora 20. extinctus est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ANGELVS CESIVS EPISC. ARIMINENSIS.



ANgelus Cesius Romanus in Legationibus Cardin. Antonij Barbarini Præfectus Integerimus, eligitur Episcopus Ariminensis anno 1627. Maij ex directione Medij Cæli ad quadratum Iouis; & postmodum Nuntius ad Venetos ex directione Solis ad trinum Lunæ, & suos Sextiles.

Anno 1646. 13. Septembris moritur ex longa ægritudine, ex directione Lunæ ad quadratum Martis, succedente directione Ascendentis ad corpus Saturni; quadratumque Solis in paruo interuallo inter singulas.

Ascensio recta M. C. gr. 314 0 — Pol. 38. Asc. Lunæ gr. 19 57

Ascens. □ ♃ gr. 348 32 — Asc. □ ♂ gr. 73 47

Directio gr. 34 32 — Directio gr. 53 50

Ascensio Ascendent. gr. 44 0


Ascensio □ ☉ gr. 99 44

Ascensio ☌ ♄ gr. 99 7

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. ANGELI CESII.




AEgrotauit Illustriss. Dominus die 31. Iulij 1646. cuius ægritudinis statum longa serie scripsit suus famulus à cubiculis dum ægrotaret Veneris.

Hora 3. circiter post meridiem inuasit febris cum rigore, quæ subsequuta est or-
dine duplicis tertianæ continuæ per substantiam: Quarta accesio fuit maior, & cum
magno rigore, quem ordinem seruauit vsque ad XI. In qua inualuit & cum affectu
gulæ ex vlceribus annatis. Die 14. subleuatus aliquantum; sed aderat somnolen-
tia in principio accessionis. 30. notatum à Medicis aliquod melioramentum; sed fe-
bris persistebat in eodem statu. Die 39. vomitus, & appetentia, & Aegrotus
dixit mortuus sum. Die 41. stupidus in motu, applicata vessicatoria, & facta in-
uxtio in capite. Die 43. conuulsiones in labijs, ore, oculis, & accidens Apople-
cticum magna copia flegmatis ex ore exeunte, eadem die mortuus.

Mercurius dominus Ascendentis Natiuitatis combustus in quadrato Saturni.
Saturnus in sexta. Ascendens decubitus occasus natiuitatis. Mars in dicto A-
scendente. Iuppiter dominus Ascendentis in octaua cum Capiti Draconis, & alia
faciebant ad interitum, quamuis Luna spem attulerit in aspectu beneficiorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

MARSILIVS LANDRIANVS EPISC. VIGLEVANENSIS



Ponitur Genesis hæc à Magino cum decubitu, refertque eum ex Hieronymo Rubeo Rauennate.


Aegrotauit Episcopus anno 1605. Maij, quo tempore directiones istæ aderant maleficæ; Ascendentis ad Mercurij octauæ dominum tetragonum; & Lunæ ad sextiles Saturni; quamuis verò directiones incidant paulò post effectus, accelerarunt ingressus, & profectiones: vel quia calculus est Prutenicus, nec Tichonicus; quod credimus causam esse.

Ascensio □ ☿ gr. 22 37
Ascend. gr. 315 23
Directio gr. 67 14

Asc. ✶ ♄ gr. 26 23
Ascend. gr. 318 49
Directio gr. 67 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475


DECVB. MARSILII LANDRIANI EPISC.



OB potum gelidi intempestiuum, dum consultu Medicorum purgaretur, ægrotauit; statim morbus vires prostrauit; ita vt die 26. 27. Maij Medici desperarent de salute; die namque 26. Luna transibat locum radicalem Saturni, sicut die 27. locum Martis. Maginus saltem prædixit contra Medicorum sententiam, quod directiones essent debiles pro tanto negotio, Lunaque hora decubitus esset in loco radicali Veneris dominæ Ascendentis, atque octauæ; & præterea deflueret à sextili Veneris, Iouisque opposito applicaret. Conualuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IO. BAPTISTA LAVRVS PERVSINVS.



Amicus meus intimus Laurus (cuius extant ad me epistolæ in suis Centurijs) domum Pontificis Vrbani ob eruditionem ingreßus, honoribus pluribus decoratus est; tandemque circa initium anni 1625. Sacri Concistorij electus Secretarius.

Anno 1629. 20. *Septembris diem obijt ex directione Ascendentis ad corpus Martis ex febre mali moris de natura Martis eiusdem, & Mercurij malefici succedentis loco Aneretico.*

Ascensio ♂ *gr.* 184 28
Ascend. gr. 146 26
Direct. gr. 48 2


Pol. 40. *Asc. Spicæ Virginis gr.* 203 23
Asc. ☉ *gr.* 160 1
Direct. gr. 43 22

Pol. 41. *m.* 50. *Ascensio* □ ♃ *gr.* 190 4
Ascensio Lunæ gr. 146 30
Direct. gr. 43 34

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. IO. BAPTISTAE LAVRI.



DIe 5. Septembr. hora 14. cum dimidia Horologij, inuasit febris cum rigore, quæ continua tertio quoque die exacerbabatur; apparuere violacea exanthemata, & symptomata infestabant, sitis, vigiliæ, doloresque capitis. Die 12. Septembris deterrimè se habuit cùm Luna ad suum, & Saturni peruenit quadratum; Hinc patet prauum esse decubitum Luna existente cum Saturni corpore, opposito, aut quadrato: in diebus enim criticis Luna semper est cum malefico eiusdem Saturni radio.

Die 18. cùm peruenit ad suum oppositum Luna, & corpus Saturni mortuus est.


Decubitus erat lethalis, ob Saturnum in Ascendente; Lunam dominam octauæ in opposito Saturni domini Ascendentis, & opposito Martis radicalis; Venerem dominam Ascendentis, & octauæ in quadrato Martis, & Imperante Martis radicalis; Pleiadas in octaua; & ob maleficos beneficis validiores.

Morbus fuit de natura Martis, & Mercurij; Mars enim est dominus sextæ, & loci Lunæ, & Mercurius in Ascendente Natiuitatis.

ALE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ALEXAMDER VICTRICIVS EPISC. ET GVB. VRBIS




Alexander Victricius electus Episcopus Ciuitatis Alatri prope Romam; ab Innocentio X. obtinet dignitatem Gubernatoris Vrbis 1647. mense Octobris post promotionem Cardinalium.

Moritur anno 1650. 5. Octobris ex directione Ascendentis ad quadratum Solis; & Solis ad corpus Lunæ.

Ascensio Ascend. gr.	8	30		Pol. 41. Ascensio Solis gr.	358	26
□ Solis gr.	64	7		Ascen. ☌ Lunæ gr.	54	3
Directio gr.	55	37		Directio gr.	55	37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. ALEXANDRI VICTRICII.



PRincipium ægritudinis fuit 1650. Augusti 26. nocte antecedenti, cum ob noctem molestam non surrexerit mane è lecto; & euidenter se sentijt febrire, cum nec prius optimè valeret.

Hoc tempore iam in promptu directionibus positis; Luna est in loco Saturni radicis, sicut Mercurius dominus loci Lunæ in Natiuitate.

Mars dominus Ascendentis Natiuitatis, & Saturnus dominus Ascendentis decubitus sunt in domo ægritudinum.

Luna & Iuppiter domini sextæ afflicti; Luna vt diximus in loco Saturni, & Iuppiter in octaua cum Cauda Draconis.


Saturnus dominus Ascendentis in quadrato Veneris dominæ octauæ.

Lenia febre subsequuta, & imminuto calore naturali in hydropem deuenit; & paulatim prostratis viribus interijt die 5. Octobris hora 23. Qua Luna ad vnguem erat in loco oppositi radicalis Saturni; & opposito Martis decubitus; Sol in occasu Natiuitatis; & Saturnus in quadrato Ascendentis, & Antiscio Lunæ in natiuitate, quæ singula à Curiosis sunt spectanda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

N. BVRATTVS BONONIENSIS.

103 52



IN Nati ortu Bononiæ supputauit hanc Genesim Lucas Gauricus; cumque calculus variet à Tichonicis obseruationibus, non mirum si accidentia non congruunt cum temporum diuisionibus ad amussim; vt in præsenti Tichonico calculo correcta.


Sol Apheta duobus locis Aneretícis occurrit, quadrato Saturno anno ætatis 15. & Martis corpori; quod cùm directione tetigit anno 1627. Martij fato cessit. Iurisconsultus eximius, & Sacræ Rotæ Romæ Auditor.

Mors ex calido humore contingit ob Martem, & Mercurium dominum terminorum directionis, cum adurente Sirio in Medij Cæli.

Descensio ♂ Pol. 20. gr.	156	32
Descensio Solis gr.	82	43
Direct. gr.	73	49

DE-

DECVB. N. BVRATTI.




Morbi qualitatem calidam, & mali moris præter directionem, decernebant in Ascendente Sirius; Sol eius loci dispositor; Mars in sexta; & Iuppiter dominus octauæ in signo calido in quadrato Mercurij in octaua constituti; ac Luna in Sagittario in quadrato Solis.

Fatalem verò decubitum demonstrabant, Dominus Ascendentis in octaua cum Saturni opposito; Luna in quadrato Solis, & Saturni; Mercurius dominus loci directionis in octaua; ibique gradus directioni oppositus; locus Martis, & Iouis, se intuentium; pluraque alia.

Mortuus est die 17. Martij, quo ad vnguem Luna oppositum Saturni tangebat, Saturnique corpus in Natiuitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

SEBASTIANVS DE PAVLIS EPISC. NEPESINVS.



DVm degerem Romæ huius Genesis condidi prognosticum intuitu Iesuitæ cuiusdam consanguinei huius Episcopi, qui tunc erat in Episcopatu constitutus; dixi in honoribus paula remansura, nisi in administrationibus ob Lunam, & Sortem in quinta licet non cum omni fortuna ob Planetas in duodecima.

Periculum vitæ notaui futurum 1643. Autumno ex directione Ascendentis ad corpus Saturni; cum euenerit 1643. 16. Februarij vt referunt: posuimus in has figura idcirco gr. 12. signi Tauri, cum in prima essent vndecim.

Electus est Episcopus ex directione Medij Cæli ad Sextiles Mercurij.

Mortuus vt dixi ex Ascendente ad corpus Saturni.

Ascensio Ascend. gr.	25	37
Ascen. ☌ ♄ gr.	76	23
Directio gr.	50	46

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. SEBASTIANI DE PAVLIS.

1643.


Februarij.

D. H. M.

6. 2. 0. P. M.


Refert consanguineus, Episcopum ægrotasse die 6. Februarij hora secunda circiter P. M. Luna tunc temporis erat in Saturni diametro in signo sextæ domus radicis, & domo Mercurij, qui in figura est in octaua combustus & defluit ab opposito Saturni in Natiuitate.

Domini Ascendentis Luna, & Iuppiter altera in opposito, alter iunctus Saturno domino octauæ exitium portendebant; cum Ascendens præterea esset locus Saturni radicalis.



Mortuus est die 16. Februarij hora 19. horologij Italici.

OCTAVIANVS FRATER CARD. VBALDINI.



Multa natus perpessus ex directionibus Lunæ ad Martis diametrum, & coitum Saturni annis ætatis 36. 41.

Anno 1632. ex directione Ascendentis ad quadratum Martis, cui succedebat adusta stella Cordis Leonis diem obijt Augusti ex febre maligna, quod in Gallia ab Astrologis prædictum fuerat.


Ascensio Lunæ Pol. 9. gr. 6 8
Ascens. ☍ ♂ gr. 46 45
Directio gr. 40 37

Asc. □ ♂ gr. 132 8
Ascend. gr. 87 13
Directio gr. 44 55

Ascensio ☌ ♄ gr. 41 54
Ascensio Lunæ gr. 6 8
Directio gr. 35 46

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. OCTAVIANI VBALDINI.



Circa occasum Solis riguit, inuasitque febris; fatalem verò, ac exitiosum decubitum hæc arguebant.

Lunæ locus idem est qui Natiuitatis; quem ex octaua Mars ferit partili diametro.

Saturnus Ascendens, ac Solem affligit, estque in partili quadrato loci directionis, & in loco Martis, oppositus Ioui inter Pleiadas constituto.


Ascendens decubitus est locus octauæ in Natiuitate: Ascendensque Natiuitatis est sextus decubitus.

Venus octauæ domina inter stellas obscuras in præsepe.

Obijt die 12. Augusti cùm Luna ad suum, & Martis quadratum peruenit, à quo in principio morbi affligebatur, & Criticus dies fuit octauus, non septimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

OCTAVIANVS VESTRIVS ROMANVS.



Latitudin.

♄	1	3	S.
♃	0	50	S.
♂	4	55	M.
☉			
♀	1	24	S.
☿	1	2	M.
☽	0	30	S.


Antiſcia.

♄	♌	10
♃	♉	7
♂	♓	9
☉	♈	16
♀	♈	24
☿	♉	3
☽	♈	3

Nobilis Romanus à Cubiculis honorarijs Pontificis diem poſtremum vidit anno 1626. *die prima Maij; quo tempore Sol Apheta, & Vitæ moderator directione peruenit ad Lunæ corpus in finibus Martis, & Mercurij quadratum. Anno* 1616. *honoribus potitus eſt, ſic creato Pontifice Vrbano VIII.*

Pol. 30. *Aſcenſio Solis gr.* 161 2	*Aſcenſio recta* ♀ *gr.* 157 58
Aſcen. gr. 210 47	*Aſc. M. C. gr.* 118 20
Directio gr. 49 45	*Directio gr.* 39 38

DECVB. OCTAVIANI VESTRII.



DEcubitus die 18. Aprilis hora prima noctis circiter, ex humorum redundantia, renum doloribus, febre maligna, & Apostemate ad nates: Mortuus die prima Maij circa meridiem cùm Luna suum tetigit quadratum; & Martis quadratum in Natiuitate; dieque critico 15. non 14. contra negantes hæc Astronomica principia.

In Ascendente stella violenta. Luna peregrina in cadente in quadrato Martis radicalis; & quadrato Solis, Veneris, Iouis, & Mercurij.


Venus domina Ascendentis Natiuitatis peregrina sub radijs in sextili longo Martis & prope Antiscium Saturni in sexta.

Mars Ascendentis dominus in octaua, Mercurius dominus octauæ combustus in sexta.

Benefici debiles, & afflicti. Saturnus in Imperante Ascendentis Natiuitatis, aliaque interitum, & morbi essentiam indicabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ILLVSTRISS. ALEXANDER SACCHETTVS.



Latitudin.			
♄	2	4	M. D.
♃	1	27	S. D.
♂	2	0	S. D.
☉			
♀	2	7	S. D.
☿	1	42	S. D.
☽	4	44	M. A.


Antiscia.			
♄	♌	6	44
♃	♓	13	6
♂	♒	29	34
☉	♒	22	32
♀	♊	5	29
☿	♐	17	45
☽	♋	9	25

ALexander Sacchettus Frater Cardinalis huius nominis Florentinus. *Cum vespere eßet ſanus anno* 1648. 13. *Februarij nocte ſequenti moritur de repente ex directione Aſcendentis ad corpus Saturni constituti inter ſtella procelloſas Pleiades*

Aſcenſio Aſcend. gr.	336	45
Aſcenſio ☌ ♄ gr.	35	51
Directio gr.	59	6

DE-

DECVB. ET MORS ALEXANDRI SACCHETTI.




Mane diei 14. Februarij 1648. mortuus repertus est. Cum non possit hora certa haberi, ponimus fuiße infortunium in media nocte; cum si aliquot horis adsit variatio, etiam causæ, & influxus sint notæ, & palam.

Hac nocte Luna est partiliter in loco Martis radicalis. Mars super Ascendens eiusdem Natiuitatis, & quadratum loci directionis; sicut Sol similiter super Ascendens, & quadratum loci dictæ Directionis. Saturnus insuper est inter Pleiades, & in loco dirictionis. Planetæ benefici absunt à locis auxiliarijs. Videant professores si natura imbecillis humana erunt valida restituere tot causis potentibus, & perniciosis; nec mirum si nec ars, nec natura suffragata est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

RICCIARDVS ADVOCATVS BRIX. NOB. VENETVS.

309 31



Rectificata est genesis per accidentia, & concordat Amnimodar ex Saturno. Dum exularet ab Republica Veneta Germaniæ bella petit; vbi cum Octauij Piccolominei esset Locumtenens, ex eius legione Equitum Rex Suetiæ Adulphus interfectus perhibetur. Præfectus demum generalis Equitum Odoardi Ducis Parmæ, in obsidione arcis Valentiæ ad Padum, dum audacissimè dimicaret, die 20. Septembris obijt ex ictu glandis tormentariæ.

Ascendens hoc tempore, in quo adest stella violenta Antares, ad Saturni oppositum in Martis in finibus dirigebatur, præcedebantque radij Mercurij; qui qualitatem euentus præsagiebant.

Ambo luminaria in signis violentis, nec contiguis; Luna peregrina cum Marte in quadrato Solis, & Iouis; Saturnus in octaua: in Ascendente, & occasu stellæ violentæ hæc minabantur. Habui Genesim hanc à Doctore Andrea Moretto Brixiensi meo discipulo Viro erudito.


Ascensio ☍ ♄ gr. 69 6

Ascend. gr. 39 31

Directio gr. 29 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

CASVS RICCIARDI ADVOCATI.



FVit vulnus hac hora ex bellico tormento, dicto Cherobinata in sinistro brachio, cum ossis fractura, pilaque partes spirituales pertransiens statim interemit.

Ascendens est locus Martis radicalis, qui respicit Ascendens de quadrato. Luna est in loco Saturni Natiuitatis prope Saturnum, & locum directionis.


Sol in Saturni quadrato partili; Mars in opposito Solis, & quadrato Lunæ radicis.

Ascendens radicis est domus octaua; pluraque adsunt, quæ veniunt considerando.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DIDACVS HERRAERA.

193 40



Latitudin.

♄	2	44	M.
♃	1	36	M.
♂	0	15	S.
☉			
♀	0	41	S.
☿	1	30	S.
☽	5	0	S.

Antiscia.

♄	♌	27
♃	♊	21
♂	♊	10
☉	♈	28
♀	♈	2
☿	♈	18
☽	♐	8

Didacus Herræra Ianuensis ex Hispania oriundus prius Iesuita postmodum Nuntius Neapoli cum prius lethalem ægritudinem esset perpessus ex directione Ascend. ad oppositum Martis; ex qua conualuit ex directione Ascendentis ad Solis oppositum maligna moritur; & directione complicata Lunæ sine latitudine ad Martis quadratum 1647. 10. *Ianuarij.*


Ascensio Ascend. gr. 283 40
Asc. ☍ ☉ *gr.* 344 0
Directio gr. 60 20

Asc. Lunæ Pol. 39. *gr.* 311 44
Ascensio □ ♂ *gr.* 12 1
Directio gr. 60 17

DE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

DECVB. DIDACI HERRAERAE.




Natum febris inuasit die 6. Ianuarij paulo post Meridiem cum rigore magno, qui postea alijs diebus non est subsequutus.

Decubitus erat fatalis; Luna enim in loco Natiuitatis & opposito loci Martis sub Sole cum cauda Draconis sola mortem portendebat; Insuper accedit quod Saturnus est in gradu Ascendentis in quadrato Martis; Iuppiter dominus Ascendentis radicis cum Marte, & quadrato Saturni. Venus domina Ascendentis sub Sole. Mercurius dominus sextæ in opposito Martis, & quadrato Saturni. Mortuus die 10. Ianuarij, quarta ab ægritudine; cum Sol esset partiliter in loco Martis opposito, & loco Lunæ in Natiuitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

ILLVSTRISSIMVS LAVRENTIVS MANCINVS.



Latitudin.

♄	0	6	M. I
♃	1	6	M.
♂	0	4	M. I
☉			
♀	1	25	S. I
☿	1	16	M. I
☽	1	21	S. I

Antiscia.

♄	♐	2	1
♃	♍	14	5
♂	♑	1	1
☉	♎	6	5
♀	♏	22	3
☿	♎	11	5
☽	♏	20	

LAurentius Mancinus Romanus (in cuius domo celeberrima adest Academia Humoristorum) duxit in vxorem filiam Petri Mazzarini sororem Cardinalis huius nominis, ex qua plures suscepit filios; quorum duo extant Galliæ apud patruum Cardinalem, frater Regis, ex Reginæ honoribus affectus: ex directione Ascendentis ad Imperans Martis; & Lunæ ad quadratum Martis dies clausit 1650. 14. Octobris, cum incepisset morbus die 9. Septembris.


Anni reuolutio erat infausta, nam Luna est in Ascendente in loco Saturni Natiuitatis opposito Sol in Medio Cæli iunctus Marti, & in quadrato partili Saturni in domo duodecima.

Iuppiter dominus Ascendentis reuolutionis, & loci Solis cum Cauda Draconis, & stella violenta in Australi lance Libre.

Pol. 14. Ascensio Lunæ gr.	316	31	Asc. Ascend. gr.	25	54
Ascensio quadrato Martis gr.	359	0	Asc. Imper. Martis gr.	68	19
Directio gr.	41	29	Directio gr.	42	25

DE

DECVB. LAVRENTII MANCINI.




PRæter infaustam anni reuolutionem, & geminatam directionem maleficam decubitus erat pernitiosus.

Saturnus est in sexta ægritudinum domo dominus Ascendentis; Luna in opposito Solis. Sol motu æquinoctialis in octaua; Mars in linea occidentis, conditiones singulæ exitij, & mortis.

Aegrotauit die 9. Septembris prope occasum; mortuus die 14. Octobris, cùm Luna erat in Saturni Antiscio; Morbus erat diuturnus cum Iuppiter adiuuaret in trino Lunæ, & sextæ; sed non potuit tantam malitiam Martis & Saturni superare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FRANCISCVS ORSATTVS PATAVINVS.




Videram Genesim Illustrissim Viri mei amicissimi; qui egregijs animi dotibus magnum nobilissimi sui generis existit ornamentum; Rerum antiquarum studium, quas suo in Museo cum celeberiorum Pictorum tabulis collegit; & præcipuus in Mathematicas amor, atque earum cognitio non vulgaris ita mihi, ac reliquis bonorum artium studiosis commendauerant; vt ipsius ex copiosissima, ac penè incredibili è naribus hæmorrhagia Decubitum, magno eruditi omnes dolore prosequerentur.

Prædixeram directionem Horoscopi ad Saturni corpus (cui succedit violenta stella Antares) violentum aliquod periculum portendere: cum multoties Ascendens cum stella violenta in lance Libræ quando in Antares impingit pericula ex igne aut ignitis adducat. Die, & hora infra posita hæmorrhagia dicta contingit.

Ascensio ☌ ♄ gr.	263	39
Ascendentis gr.	234	0
Directio gr.	29	39

DE-

DECVB. FRANCISCI ORSATTI.




Hora 13. circiter Horologij die Sabbati 25. Decembris sanguis è naribus profluens per horam integram perdurauit. Exorto Sole copia tam magna profluit spatio trium partium vnius horæ, vt vasa aliqua impleta sint, cum animi tandem deliquio, fluente in vltimo lotura ferè carnis, nec sanguine; Rediјt fluxus die Dominico, Lunæ, & Martis in copia; in minori verò vsque ad diem 13. à principio; die verò 15. liber remansit. Referunt Physici, qui ipsius præerant curationi, 48. ferè sanguinis libras spatio dierum trium effluxisse.

Dominus Ascendentis non respicitur à Domina octauæ Luna; nec à maleficis vllo modo afficitur: conualuit, & viuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

STEPHANVS VAIVS.



Latitudin.

♄	0	50	M.
♃	0	38	S.
♂	0	16	S.
☉			
♀	0	40	S.
☿	3	2	M.
☽	4	8	M.

Antiscia.


♄	♊	3	
♃	♐	12	4
♂	♎	26	4
☉	♎	2	3
♀	♒	29	5
☿	♒	22	4
☽	♍	4	4

Stephanus Vaius Tuscus Commendator S. Spiritus in Saxia Romæ; die prima Septembris ægrotat 1650. & moritur die quarta post decubitum ex complicatis partiliter directionibus Ascendentis ad quadratum Solis, & corpus Saturni; cum prius idem Ascendens esset afflictum à quadrato Lunæ, & Saturni terminis.

Ascensio Ascend. gr. 40 55
Ascensio quadrato Solis gr. 98 52
Ascensio ♂ ♄ gr. 98 59

Directio gr. 57 57 1650. *Septembris.*

REVOLVTIO STEPHANI VAII.



Mirificè oſtendebat reuolutio, quæ tot directiones portendebant infauſtæ in Nati vita. Erat Luna in Solis diametro, & quadrato Saturni in Natiuitate; Mars in occaſu eiuſdem Natiuitatis cum ſtella violenta Cordis Scorpij, & vitam oppugnabat ex oppoſito. Mercurius dominus dicti Aſcendentis erat cum ſtella violenta in Libræ lance Auſtrali & occidentalis à Sole. Sol in domo mortis cum Ioue peregrino oppoſitus Lunæ; & Saturnus debilis dominus Aſcendentis.


Aegrotauit die 28. Auguſti 1650. dum Mars (quod ſpectandum) erat in loco præciſo directionis Lunæ, coniunctionis Saturni, & quadrati Solis; mortuus die prima Septembris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

IOANNES GHINVS ADVOCATVS.

328 50

58 50




Ioannes Ghinus ex ciuitate Cesenæ Aduocatus Romæ, in vtroque iure, & præcipuè Canonico eximius, tempore Vrbani VIII. Cameræ Apostolicæ Commissarius, cum die 2. Augusti 1648. prope occasum Solis in domum rediret febre decubuit ex directione Ascendentis ad quadratum Saturni, qui morbum chronicum decernebat; Morbus fuit longus; & statum varium sortitus; tandem 24. Nouembris terminatus est eiusdem anni.

Cæterum anno 1605. die 24. Aprilis dum Pontifex Leo Vndecimus pergebat à S. Ioannem Lateranensem pro fastosa possessione, maximum Natus periculum subijt & Equi præcipitatione super ipsum; quo tempore præter alia Luna dirigebatur ad Saturni corpus; & die præcisa Saturnus erat cum Cauda Draconis in Sagittario (vbi hæc affert pericula) in opposito Ascendentis Natiuitatis; Marsque erat in opposito loci Saturni; conditiones considerandæ.

Ascensio Ascend. gr.	58	50	Pol. 30. Ascensio Lunæ gr.	7	27
Asc. quadrato Saturni gr.	133	50	Descensio ☌ ♄ gr.	35	55
Directio gr.	75	0	Directio gr.	31	28

DE-

REVOLVTIO IO. GHINI ADVOCATI.




Qvemadmodum ex reuolutionibus singulis conspiciuntur inditia eorum ferè omnium quæ contingunt fausta, aut improspera in anno; sic in hac euidenter pericula in Nato hoc anno; Luna enim est peregrina malè affecta in Capricorno in domo sexta cum Cauda Draconis, & quadrato partili Solis. Benefici perperam constituti; Iuppiter enim potens in Ascendente est in suo detrimento in quadrato Saturni; Venusque domina Luminarium in Natiuitate in finibus Martis opposita Saturno.

Die 2. Augusti 1648. qua Natus decubuit; Mars cum Capite Draconis erat in Ascendente Natiuitatis & ibi prope etiam Saturnus.

Die mortis 24. Nouembris Mars erat in suo loco radicali cum partili quadrato Solis, Saturnus prope Ascendens, & Luna in quadrato Ascendentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

PAVLVS RANVCCIVS.



PAulus Ranuccius ex Piceno Aduocatus Romæ celebris, in nocte diei primæ Martij succedente secunda in studio aliquot horis commoratus, post medium dictæ noctis 1651. moritur de repente, cum antea esset sanus; ex directione Ascendentis ad Martis oppositum.


Anno 1626. Septembris grauem passus fuerat ægritudinem ex directione eiusdem Ascendentis ad oppositum Solis.

Ascensio Ascend. gr.	107	3	Ascensio Ascend. gr.	107	3
Ascensio ☍ ♂ gr.	170	3	Ascensio ☍ Solis gr.	145	29
Directio gr.	63	0	Directio gr.	38	26

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOL. PAVLI RAINVTII.



Saturnus eſt ſexta Natiuitatis in oppoſito loci Lunæ.

Mars prope Aſcendens, & Antiſcium oppoſitum loci Solis radicalis.

Iuppiter dominus loci Solis, & Aſcendentis Natiuitatis ob trigonum cum Stella Cordis Scorpij violenta.

Mercurius dominus animalis potentiæ in loco Martis.

Venus domina Aſcendentis reuolutionis retrograda.


Luna in ſexta cum Imperante Solis.

Cauda Draconis in prima; omnia in hac reuolutione infauſta.

Die prima Martij, & mortis Luna erat cum Saturno, & in loco Saturni Natiuitatis afflicta. Mars in Aſcendente eodem reuolutionis.

PETRVS COLANGELVS.

284 20




P*etrus Colangelus Fiscalis Campidolij, & authoritam exercens cum diutijs in Ecclesiasticis, & secularibus ob Iouem cum stella regia in secunda cum Sextili Partis fortunæ constitutæ in quinta; & trino Solis atque domicilio.*

Cum anno 1639. *Ascendens dirigeretur ad Antiscium Martis, superata ex beneficis directione eiusdem ad Martis oppositum; & Lunæ ad Solis diametrum moritur* 1639. *die* 5. *Aprilis de repente Nocte sequenti; cum mane repertus sit suffocatus ex multitudine sanguis per os.*

Pol. 41. *Ascensio Lunæ gr.* 352 41		*Ascensio Ascend. gr.* 14 20	
Ascensio Solis gr. 46 1		*Ascensio* ☍ ♂ *gr.* 67 40	
Directio gr. 53 20		*Directio gr.* 53 20	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

REVOLVTIO PETRI COLANGELI.



Validos influxus Martiales ex directionibus ostendit etiam hæc infausta reuolutio anni. In Ascendente enim est principium Scorpij (vbi Martis vires extant maximæ) quod de quadrato respicit Saturnus; Mars est dominus sextæ præter Ascendentis, & reperitur in quarta in quadrato Iouis, & Veneris dominantium in quinta domo voluptatum. In octaua sunt procellosæ Pleiades.

Natus cum amicis lautissimè cenauit die 5. Aprilis; & nocte suffocatus est à sanguinæ exesa, vel aperta vena in torace.


Mars potentissimus cum suos effectus exercere non potuerit ferro, exequutus est crapula, & Vino.

Luna tunc temporis in domo Veneris applicabat Marti, & Pleiadibus, ac Saturni quadrato. Mars verò erat inter Pleiades in octaua domo reuolutionis.

Aphorismi Mars, & Saturnus in quarta, & Mars dominus Ascendens, Saturnusque cum Capite Draconis decernunt periculum suffocationis ex materia inter partes spirituales, vel ex vena abrupta.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

SYLLABVS RERVM

In Opere adductarum, vbi litera p. Præfationem indicat.



an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

B

C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Gygis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Pla-

San-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475

KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN 1967

005643982

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.475